huc aūt illis nō credētib⁹ ⁊ mi
rantib⁹ p̄ gaudio dixit. Habe
tis hic aliqd qd māducet̄? At
illi obtulerūt ei partem piſcis
aſſi: ⁊ fauū mellis. Et cū man-
ducaſſet corā eis ſumens reli-
quias dedit eis: ⁊ dixit ad eos
Hec ſunt vba q̄ locut⁹ ſum ad
vos cū adhuc eſſem vobiſcū.
qm̄ neceſſe eſt impleri oīa que
ſcripta ſunt in lege moyſi et p-
phetis ⁊ pſalmis de me. Tunc
aperuit illis ſenſum vt intelli-
gerēt ſcripturas. Et dixit eis.
Qm̄ ſic ſcp̄tum eſt: ⁊ ſic oporte
bat pati chriſtū et reſurgere a
mortuis die tercia ⁊ p̄dicari in
noīe ei⁹ penitentiā ⁊ remiſſio-
nē pctōꝝ in oēs gentes. Offer.
Intonuit de celo dn̄s et altiſſim⁹
dedit vocē ſuā: ⁊ apparuerūt fontes
aquaꝝ alleluia. Secr. Suſcipe
qs̄ dn̄e fideliū p̄ces cū obla
tiōibus hoſtiarū: vt p hec pie
deuotiōis officia ad celeſtem
gloriā trāſeamus. Per. Cōio.
Si cōſurrexiſtis cū xp̄o que ſurſū
ſunt q̄rite all'a. vbi xp̄s eſt in dextera
dei p̄ris ſedēs q̄ ſurſū ſūt ſapite all'a
Concede qs̄ ops de⁹: Cōpl.
vt paſcalis pceptio ſacramēti
cōtinua in nr̄is mētib⁹ pſeue-
ret. P. Oratio ad fontē
Preſta qs̄ ops de⁹ vt p
hec feſta paſcalia q̄ agim⁹ de-
uoti in tua laude viuam⁹. P.
Venite bn̄dicti Feria q̄rta.
p̄ris mei pcipite regnū all'a
qd vob̄ paratū eſt ab origine mūdi
all'a all'a al'. Ps. Cātate dn̄o canti-
cū nouū cantate dn̄o oīs t̄ra. Oro.
Deus q̄ nos reſurrectōis
dn̄ice annua ſolēnitate
letificas: concede ppicius: vt p
tpalia feſta que agimus pue-
nire ad gaudia eterna merea-
mur. P. Lcō actuū apl'orū. iij.
In dieb⁹ illis: Aperiens
petrus os ſuū dixit. Vi
ri iſraelite et qui timetis deū
audite. De⁹ abraā ⁊ de⁹ yſaac
⁊ de⁹ iacob: de⁹ patrū noſtrorū
glorificauit filiū ſuū ih̄m: quē
vos quidē tradidiſtis et nega
ſtis ante faciē pylati: iudicāte
illo dimitti Vos aūt ſanctū et
iuſtū negaſtis: et petiſtis virū
homicidā donari vob: aucto-
rem vō vite interfeciſtis. Quē

deus ſuſcitauit a mortuis: cu-
ius nos teſtes ſum⁹ Et nūc frēſ
ſcio qa p ignorātiā feciſtis: ſi-
cut ⁊ principes vrī. Deus aūt
q̄ pnūciauit p os oim pphetar-
rū pati xp̄m ſuuz: impleuit ſic.
Penitemini igit̄ ⁊ cōuertimini
vt deleant̄ peccata veſtra. Gr.
Hec dies. vrs. ꝟ. Dextera dn̄i fecit
virtutem dextera dn̄i exaltauit me.
Alla. ꝟ. Xp̄s reſurgēs ex mortuis
iā nō morit̄: mors illi vltra nō dn̄a-
bit̄. Proſa. Victime pa. Vel hec.
Pangam⁹ creatori atqȝ redē-
ptori gloriā. Qui bn̄ crea-
tos ſed ſeductos aſtucia callidi ſer-
pentis ſua redemit gr̄a. Predicēs
futurū vt germen ſctā pferret femi-
na. Quod hoſtis antiqui nociua
exuperaret capita. Quē primit⁹ pdi
ta ſerius noſtra cernūt ſecula. Quē
ſplēdida floſculo v̄gula nouo pollet
maria. Qui edit⁹ mire mira edidit
miracula. Nec iuuenis tm̄ ſed ſta
tim inter ſue natiuitatis primordia
Per ſyderis lumen vel ſymeonis
verba: iudaica ad ſe corda vel mune
ra attrahēs nutu gētilia. Quē pr̄
in voce atqȝ ſpūſſctūs ſpecie gl̄ificat
Viſentes doctorem vel archiatrū
vincēs auctoritate ſua. Qui poſt-
q̄ ſalutis dona dedit multa: doctri-
neqȝ p plura verba ore ſuo pmulga
uit ſaluberrima. Ad pbra: ſputa:
collaphos ⁊ flagella: veſtem quoqȝ
ludo queſitā ⁊ ſpineū venit ſertū ad
cruc' brachia. Que hodie triūpha
li a mortuis reſurgēs ſprenit victo-
ria. Ducēs ſecū pmiciua ad celos
membra: ⁊ nuper diſperſa reuocās
ouilia. Que ⁊ nobis in fine ſperā
da: licet vltima mēbra ſimus ſpon-
det dona. S. Johem. xxi.
In illo tēpe: Manifeſta-
uit ſe iteruz iħs diſcipulis ſuis
ad mare tyberiadis. Manife-
ſtauit autē ſic. Erant ſimul ſy
mon petrus et thomas q̄ dicit̄
didim⁹: et nathanael q̄ erat a
chana galilee: ⁊ filij zebedei: et
alij ex diſciplis eius duo. Di-
cit eis ſymon petr⁹. Vado pi-
ſcari. Dicūt ei. Venim⁹ ⁊ nos
tecū. Et exierūt ⁊ aſcēderūt in
nauim: et illa nocte nihil pren
diderūt. Mane aūt iā facto ſte
tit iħs ī litore: nō tamē cogno
uerūt diſcipuli qa iħs eſt. Di-
cit ergo eis iħs. Pueri. Nūqd
pulmētariū habetis? Reſpon
derūt ei Nō. Dixit eis. Mittite
in dexterā nauigij rete ⁊ inue-

nietꝭ. Miſerūt ergo ⁊ iā nō va-
lebāt illud trahere p̄ mľtitudi
ne piſciuꝫ. Dicit ergo diſcipu-
lus ille quē diligebat ieſus pe-
tro. Dn̄s eſt. Symon petrꝰ cū
audiſſet qꝛ dn̄s eſt: tunica ſuc-
cinxit ſe. Erat eñ nudꝰ ⁊ miſit
ſe in mare. Alij autē diſcipuli
nauigio venerūt. Nō eñ lōge
erant a terra: ſed q̄ſi cubitꝭ du
centꝭ: trahētes rete piſciuꝫ. Vt
ergo deſcēderūt in terrā: vide-
rūt pꝛunas poſitas: ⁊ piſcē ſu-
perpoſitū ⁊ panē. Dicit eis ie-
ſus. Afferte de piſcibꝰ q̄s pꝛen-
didiſtis nunc. Aſcēdit ſymon
petrꝰ et traxit rete in terrā ple
nū magnis piſcibꝰ: cētū quin-
quagintatribus. Et cum tāti
eſſent nō eſt ſciſſuꝫ rete. Dicit
eis ih̄s. Venite pꝛādete. Et ne
mo audebat diſcūbētiū inter-
rogare eū tu q̄s es: ſcientes q̄a
dn̄s eſt. Et venit ih̄s et accepit
panē ⁊ dabat eis ⁊ piſcē ſimili-
ter. Hoc iam tercio manifeſta-
tus eſt ieſus diſcipulis ſuis cū
reſurrexiſſet a moꝛtuiſ. Offer.
Poꝛtas celi aperuit dn̄s ⁊ pluit il
lis māna vt ederēt: panē celi dedit il
lis panē āgeloꝝ māducauit hō all'a

Sacrificia dn̄e paſca- Secr.
libꝰ gaudijs immolamꝰ quibꝰ
eccl'ia mirabiliter paſcit̄ et nu-
trit̄. P. Cōio. Xp̄s reſurgēs ex
moꝛtuis iā nō moꝛit̄ all'a: moꝛs illi
vltra nō dn̄abit̄ all'a all'a. Cōplē.
Ab oī nos dn̄e q̄s vetuſta
te purgatos ſacramēti tui ve-
nerāda ꝑceptio in nouā tranſ-
ferat creaturā. P. Feria q̄nta.
Victricem manū tuā dn̄e lau
dauerūt pariter all'a: qꝛ ſapi
entia aperuit os muti ⁊ linguas in
fantiū fecit diſertas all'a all'a. Ps.
Confitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in
ſeculū miſcoꝛdia eius. Oro.
Deus q̄ diuerſitatē gētiū
in ꝯfeſſione tui noīs adunaſti
da renatis fonte baptiſmatꝭ:
vt vna ſit fides mētiū ⁊ pietas
actionū. P. Actuū apl'oꝝ. viij
In diebꝰ illis. Angelꝰ dn̄i
locutꝰ eſt ad philippū di
cens. Surge ⁊ vade ꝯtra meri
dianū ad viā que deſcēdit ab
hirl'm in gazā hec eſt deſerta.
Et ſurgēs abijt Et ecce vir ethi
ops eunuchus potens cādacꝭ
regine ethiopū: q̄ erat ſup oēs
gazas eius: venerat adoꝛare ī
hieruſalē: et reuertebat̄ ſedens

ſup currũ ſuũ legẽſqꝫ yſaiaʒ ꝓ-
phetã. Dixit aũt ſpũs philip-
po. Accede ⁊ adiũge te ad cur-
rũ iſtũ. Accurrẽs aũt philippꝰ
audiuit eũ legẽtẽ yſaiã prophe
tã ⁊ dixit. Putaſne intelligas
q̄ legis? Qui ait. Et quõ poſſũ
ſi nõ aliquis oſtenderit mihi.
Rogauitqꝫ philippũ ut aſcen
deret ⁊ ſederet ſecũ. Locus aũt
ſcripture quã legebat hic erat.
Tanq̄ ouis ad occiſionẽʒ du-
ctus ẽ: ⁊ ſicut agnꝰ corã tondẽ-
te ſe ſine voce: ſic nõ aperuit os
ſuum. In humilitate iudiciuʒ
eiꝰ ſublatũ ẽ. Generationẽ eiꝰ
quis enarrabit? Quĩ tollet de
terra vita eiꝰ. Reſpõdens autẽ
eunuchus philippo dixit. Ob
ſecro te de q̊ ꝓpheta dicit hoc:
de ſe an de alio aliquo? Aperi-
ens aũt philippꝰ os ſuũ: ⁊ inci-
piens a ſcriptura iſta euãgeli-
ſauit illi ihm. Et dũ irẽt ꝑ viã
venerũt ad quandã aquã. Et
ait eunuchꝰ. Ecce aqua Quis
prohibet me baptiſari? Dixit
aũt philippꝰ Si credis ex toto
corde: licet. Et rñdens ait Cre-
do filiũ dei eẽ ihm xp̄m. Et iuſ
ſit ſtare currũ. Et deſcẽderunt
uterqꝫ ĩ aquã philippꝰ ⁊ eunu-
chus ⁊ baptiſauit eũ. Cũ autẽ
aſcendiſſent de aqua: ſpũs dñi
rapuit philippũ: ⁊ ampliꝰ non
vidit eũ eunuchus. Ibat autẽ
ꝑ viã ſuã gaudẽs. Philippꝰ au
tẽ inuẽtꝰ eſt in azoto. Et ꝑtrã-
ſiens euãgeliſabat ciuitatibꝰ
cunctis: donec veniret ceſareã
nomẽ dñi noſtri ihu xp̄i. Gr.
Hec dies. vrs̃. v. Lapidẽ quẽ repro
bauerũt edificãtes: hic factus eſt in
caput anguli: a dño factũ eſt iſtud et
eſt mirabile in oculis nr̃is. Alla.
v. In die reſurrectõis mee dicit dñs
precedã vos in galileã. Proſa. Vi
ctime paſca. vrs̃. Vel hec.
Hec eſt ſctã ſolẽnitas ſolẽnita
tũ inſignita triũpho xp̄i. Quo de-
uicit imperiũ male poteſtis diaboli.
Suo nos ꝑcioſo ſanguine eius de
poteſtate eruẽs. Redẽpti gratias
agamꝰ nr̃o redemptori. Rex regũ
xp̄e cui angeloꝝ chori iuge famulan
tur. Vultu placido hoĩes in tuis
laudibꝰ ſedulos piꝰ intuere. Quo
rũ mortibꝰ ꝯdolens intantũ humil'
factꝰ es ut mortẽ ſubires. Tu deui
ctis ĩferni legibꝰ reſurgẽs triũphas
Tu poſt crucẽ per orbem gẽtibus
imperas omĩpotẽs filius dei. Amẽ

IN illo tpe. S. Johem. xx
Maria ſtabat ad monu
mentuz foris plorās. Dū ergo
fleret inclinauit ſe et proſpexit
in monumētū. Et vidit duos
angelos in albis ſedētes. vnuz
ad caput ⁊ vnuz ad pedes vbi
poſitū fuerat corpꝰ ihū. Dicūt
ei illi. Mlier qd ploras? Dicit
eis. Quia tulerūt dn̄m meū: et
neſcio vbi poſuerūt eū. Hec cū
dixiſſet ꝯuerſa eſt retrorſum ⁊
vidit ihm ſtantē: et nō ſciebat
quia ihs eſt. Dicit ei ihs. Mu-
lier quid ploras? Quē queris?
Illa exiſtimans qꝛ hortulanꝰ
eſſet dicit ei. Dn̄e ſi tu ſuſtuli-
ſti eū: dicito mihi vbi poſuiſti
eū: ⁊ ego eū tollā. Dicit ei ihs.
Maria. Conuerſa illa dicit ei.
Rabboni: qđ dicit magiſter.
Dicit ei ihs. Noli me tangere
Nōdū eni aſcēdi ad prēz meū.
Vade autē ad fratres meos ⁊
dic eis. Aſcēdo ad patrē meuz
⁊ patrē veſtrū: deū meū ⁊ deuz
veſtrū. Venit maria magda-
lene annuncians diſcipulis qꝛ
vidi dominū: ⁊ hec dixit mihi.
In die ſolēnitatis veſtre Offer.
dicit dn̄s inducā vos in terrā fluētez
lac et mel all'a. Secre. Suſcipe
qs̄ dn̄e munera ppłoꝝ tuoꝝ
ꝓpicius: ut cōfeſſione tui noīs
⁊ baptiſmate renouati: ſempi
ternā btitudinē ꝯſequant̄. P.
Popułꝰ acq̄ſitiōis annū- Cōio.
ciate virtutes eiꝰ all'a: q̄ vos de tene-
bris vocauit ī admirabile lumē ſuū
all'a. Cōpł. Exaudi dn̄e p̄ces
nr̄as vt redemptiōis nr̄e ſacro
ſctā cōmertia ⁊ vite nobis ꝯfe
rāt p̄ſentis auxiliū: et gaudia
ſempiterna cōciliēt. Per do.
Eduxit eos dn̄s Feria ſexta
in ſpe all'a: et inimicos eorūz
operuit mare: all'a all'a all'a. Ps.
Attendite pp̄le meus legē meā incli
nate aurē veſtrā in verba oris mei.
Omnip̄s ſempiterne Oro.
deꝰ: q̄ paſcale ſacramen
tū in recōciliatōnē hūane fede
re cōtuliſti: da mētibus nr̄is:
ut qđ ꝓfeſſiōe celebramꝰ imite
mur effectu. p. Petri apłi. j. iij
Chariſſimi. xp̄s ſemel ꝓ
pctis nr̄is mortuꝰ eſt: iu
ſtus ꝓ iniuſtis vt nos offerret
deo: mortificatos quidē carne:
viuificatos aūt ſpū. In quo ⁊
his qui in carcere cōcluſi erant
ſpū veniens p̄dicauit Qui in-

creduli fuerant aliqñ: qñ expe-
ctabãt dei paciẽtiã ĩ dieb⁹ noe:
cũ fabricaret archa in q̃ pauci
id eſt octo aīe ſalue facte ſũt p
aquã. Q, ⁊ vos nunc ſiĺis for
me ſaluos facit baptiſma. Nõ
carnis depoſitio ſordiũ: ſed cõ
ſciẽtie bone interrogatio ĩ deũ
p reſurrectionẽ ihũ xp̄i ĩ dexte-
ra dei pr̄is. Gr̄. Hec dies. vts.
v̄. Benedict⁹ q̃ venit ĩ noīe dñi: de⁹
dñs ⁊ illuxit nob. Alla. v̄. Dicite
in gentib⁹ q̄a dñs regnauit a ligno
Proſa Victime pa. vts. vel hec
Mundi renouatio noua parit
gaudia reſurgẽti dño reſur-
gũt oīa elemẽta ſentiũt ⁊ auctori ſer
uiũt quãta ſint ſolẽnia. Ignis vo
lat mobilis ⁊ aer volubilis fluit aq̃
labilis terra manet ſtabilis alta pe-
tunt leuia centrũ tenet grauia reno-
uant oīa. Celũ fit ſereni⁹ et mare
trãquillius ſpirat aura leni⁹ vallis
nr̄a floruit. Reuiuiſcũt arida reca
leſcũt frigida qñ ver intepuit. Ge
lũ mort⁹ ſoluit̃ prĩceps mũdi tollit̃:
⁊ ei⁹ deſtruit̃ in nob imperiũ. Dũ
tenere voluit ĩ quo nihil habuit ius
amiſit p̄priũ. Vitã p̄bet facilẽ che-
rubin verſatilẽ vt de⁹ p̄miſerat amo
uẽdo gladiũ. Vita mortẽ ſuperat
vt hõ recuperat qđ pri⁹ amiſerat pa
radiſi gaudiũ. S. Math. xxviij.
In illo tp̄e. Undecim di-
ſcipuli abierũt in galileã
in mõtẽ vbi ↄſtituerat ill' ih̄s.
Et videntes eũ adorauerũt. Qui
dã aũt dubitauerũt Et accedẽs
ih̄s locutus eſt eis dicens. Da
ta eſt mihi oīs poteſtas in ce-
lo ⁊ in terra. Eũtes ergo doce-
te oēs gentes baptiſantes eos
in noīe patris ⁊ filij et ſpũſſcti.
Docẽtes eos ſeruare oīa que-
cũq₃ mãdaui vob. Et ecce ego
vobiſcũ ſum oībus dieb⁹ vſq₃
ad ↄſũmationẽ ſeculi. Offert.
Ecce hic vobis dies erit memoria-
lis allā: ⁊ diẽ feſtũ celebrabitis ſolẽ-
nem dño in p̄genies vr̄as legitimũ
ſempiternũ diẽ allā allā allā. Secre.
Hoſtias qñs dñe placatiõis
aſſume q̃s ⁊ p renatorũ expia-
tiõe pcti deferim⁹ ⁊ p accelera-
tione celeſtis auxilij. P. Cõio
Data eſt mihi oīs pt̄as in celo ⁊ ĩ
terra allā: eũtes docete oēs gẽtes ba
ptiſantes eos in nomīe pr̄is ⁊ filij ⁊
ſpũſſcti allā. Cõpl. Reſpice q̃s
dñe p̄plm tuũ ⁊ quẽ eternis di-
gnat⁹ es renouare myſterijs a
tpalib⁹ culpis dignãt abſolue

Eduxit Sabbato Intr.
dn̄s ppl'm ſuū in exultatione
alla: ⁊ electos ſuos ī leticia alleluia
alla. Ps. Confitemini dn̄o qm̄ bo
nus qm̄ in ſeculū miſc̄dia ei⁹ Oro.
Concede q̄s om̄s deus vt
q̄ feſta paſcalia veneran
do egimus: per hec attingere
ad gaudia eterna mereamur.
Per. Lcō epl'e bti petri ap. j. ij.
Chariſſimi: Deponētes
oēm maliciā ⁊ omnē do
lū ⁊ ſimulatiōes et inuidias et
om̄es detractiōes ſicut modo
geniti infantes rationabiles:
ſine dolo lac cōcupiſcite: vt i eo
creſcatis in ſalutē: ſi tamen gu
ſtaſtis: qm̄ dulcis eſt dn̄s. Ad
quē accedētes lapidē viuū ab
hoīb⁹ quidē reprobatū: a deo
autem electū ⁊ honorificatū:
⁊ ipſi tanq̄ lapides viui ſuper-
edificamini domos ſpiritua-
les ſacerdotiū ſctm̄: offerre ſpi
rituales hoſtias acceptabiles
deo per ihm xp̄m. Propter qd̄
cōtinet ſcriptura. Ecce ego po-
nam in ſyon lapidē ſummuz:
angularē: electum: p̄cioſum. et
qui crediderit in eum nō con-
fundet. Vobis igit̄ honor cre-
dentib⁹: nō credētib⁹ aūt lapis
quē reprobauerūt edificantes
hic fact⁹ eſt in caput anguli: et
lapis offenſionis: ⁊ petra ſcan
dali: his q̄ offendūt verbo nec
credūt in quo poſiti ſūt. Vos
aūt gen⁹ electū: regale ſacerdo
tiū: gens ſctā: pp̄ls acq̄ſitōnis:
vt virtutes annūciet ei⁹: q̄ de
tenebris vos vocauit in admi
rabile lumē ſuū. Qui aliquan
do nō pp̄ls dei: nūc aūt pp̄ls dei
Qui nō cōſecuti miſericordiā:
nūc autē miſc̄diam cōſecuti p
ihm xp̄m dn̄m nr̄m. Gr. Hec
dies. vrs. Alla. v. Laudate pueri
dn̄m laudate nomē dn̄i. v. Sit no-
mē dn̄i bn̄dictū: ex hoc nūc et vſq₃ in
ſeculū. Proſa. Victime. Vel hec.
Mane prima ſabbati ſurgēs di
fili⁹ nr̄a ſpes ⁊ glia. Victo
rege ſceleꝝ redijt ab inferis cū ſūma
victoria. Cui⁹ reſurrectio oī plena
gaudio ↄſolat̄ triſtia Reſurgentꝭ
itaq₃ maria magdalena: facta eſt p̄
nuncia. Heres xp̄i fratribus eius
morte triſtibus expectata gaudia.
O beati oculi quibus regem ſecu
li morte iā depoſita primo ē intuita
Hec eſt illa femina cuius cūcta cri
mina ad xp̄i veſtigia ei⁹ lauat grā.

Que dū plorat ⁊ mens orat facto clamat q̄ᷘ cor amat iħm ſup omīa. Nō ignorat quē adorat q̄ᷘ precē iam delē q̄ᷘ mens timet ↄſcia. O maria mr̄ pia ſtella maris appellaris operū p merita. Matri xp̄i coequata: dū fuiſti ſic vocata ſʒ honore ſubdita. Illa mundi imperatrix iſta btā peccatrix leticie p̄mordia fuderīt in eccleſia. Illa eñ fuit porta per quā ſalus eſt exorta: hec reſurgentꝭ prenuncia mūdū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud xp̄m gregē iſtū clemēter ↄcilia. Ut fons ſumme pietatis q̄ te lauit a peccatis ſeruos ſuos atqʒ tuos mūdet data venia amē dicant per omīa. Scd̄m Joh. xx.

In illo tp̄e. Una ſabbati maria magdalene venit mane cuʒ adhuc tenebre eſſent ad monumētū: ⁊ vidit lapidē ſublatū a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad ſymonē petruʒ et aliū diſcipulū queʒ amabat ieſus ⁊ dicit eis. Tulerūt dn̄m de monumēto: et neſcimꝰ vbi poſuerūt eū. Exijt ergo petrus et ille aliꝰ diſcipulꝰ: ⁊ venerunt ad monumētū. Currebāt aūt duo ſimul: et ille alius diſcipulus p̄cucurrit citius petro ⁊ venit primus ad monumētū. Et cū ſe inclinaſſet vidit linthea-mina poſita: nō tamēītroiuit. Venit ergo ſymō petrꝰ ſequēs eū ⁊ introiuit in monumentū. Et vidit lintheamina poſita. ⁊ ſudariū q̄ᷘ fuerat ſup caput eiꝰ nō cū lintheaminibꝰ poſitū ſed ſeparatim inuolutū ī vnuʒ locū. Tūc ergo introiuit et ille diſcipulus q̄ venerat primꝰ ad monumētū ⁊ vidit ⁊ credidit. Nōduʒ eñ ſciebāt ſcripturas: q̄a oportebat eū a mortuis reſurgere. Offer. Benedictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i: benediximꝰ vobis de domo dn̄i deꝰ dn̄s ⁊ illuxit nob̄ all'a. Concede q̄ſ oп̄s deꝰ Secr. ſp nos per hec myſteria paſcalia gratulari: vt ↄtinua nr̄e reparatiōis opatio ppetue nobis fiat cauſa leticie. P. Cōio. Oēs q̄ in xp̄o baptiſati eſtis xp̄m induiſtis all'a. Cōpl. Redēptionis nr̄e munere vegetati q̄ſ dn̄e: vt hoc ppetue ſalutꝭ auxiliū fides ſemp vera pficiat. P. Notādū q̄ ab hinc vſqʒ ad feſtū ſctē trinitatꝭ nō cātaē Gr. niſi p defunctꝭ. Sed duo All'a.

quoꝝ primū erit de q̄ miſſa dr̄
Scd̄m de reſurrectōne. Infra
aſcēſionē aūt ⁊ penth. vltimū
Alľa erit de aſcēſione vel de fe-
ſto penth. In miſſis aūt voti-
uis ſicut ꝓ pctīs ꝓ infirmis et
his ſilib⁹ vnū Alľa canit᷑. Sciē-
dū aūt ꝙ Cōicātes ⁊ Hāc igit᷑
ꝑ totā octauā et hebdomadā
ꝓcedētē dicit᷑. In ipā aūt octā
nō dicit᷑. Notādū ꝙ etiā infra
aſcenſionē ſingulis dieb⁹ de re
ſurrectione ꝑfatio dr̄. qn̄ agit᷑
miſſa de tpe. Singuliſq; dñi-
cis dieb⁹ ꝑma miſſa cantat᷑ de
dñica. ſc̄da vō de reſurrectiōe
ꝑ oīa ſicut ipō die ꝑterq̄ Gr̄.
qđ non canit᷑. ſed primuꝫ Alľa
de dñica. et ſcd̄m Paſca noſtrū.
Proceſſio autē ſingulis dieb⁹
dñicis vt ī ipſo die paſce fit vſ-
q; ad penth. incluſiue. Dñica
Q ꝑma poſt reſurrectionē
Vaſi modo geniti infantes
alľa rationabiles ſine dolo lac cōcu
piſcite alľa alľa alľa. Ps. Exultate
deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob
P Reſta q̄s oīps de Oro
us: vt qui feſta paſcalia
pegim⁹ hec te largiente mori-
bus ⁊ vita teneamus. Per do.

Lcō epl'e beati Johis apli. j. v.
C Hariſſimi. Oē qđ na
tū eſt ex deo vincit mun
dū. Et hec eſt victoria q̄ vincit
mūdū: fides nr̄a Quis eſt aūt
qui vincit mūdū: niſi q̄ credit
qm̄ ihs eſt fili⁹ dei. Hic eſt q̄ ve
nit ꝑ aquā ⁊ ſanguinē ihs xp̄s
Nō in aqua ſolū: ſed in aqua ⁊
ſanguine. Et ſpūs eſt qui teſti-
ficat᷑: qm̄ xp̄s eſt veritas. Qm̄
tres ſūt q̄ teſtimoniū dāt in ce
lo. pr̄. verbum ⁊ ſpūſſctūs. ⁊ hi
tres vnū ſūt. Et tres ſūt q̄ teſti
moniū dāt in terra. ſpūs: aq̄ ⁊
ſanguis. ⁊ hi tres vnū ſūt Si te
ſtimoniū hoīm accipim⁹: teſti
moniū dei mai⁹ eſt. Qm̄ hͦ eſt
teſtimoniuꝫ dei qđ maius eſt.
q̄a teſtificatus eſt de filio ſuo.
Qui credit in filiuꝫ dei: habet
teſtimoniuꝫ dei in ſe. Alľa. v̄.
Surgēs ihs dn̄s noſter ſtās in me-
dio diſcipuloꝝ dixit pax vob. Alľa.
Paſca nr̄m. Proſa. Victime pa.
vel que placet. Scd̄m Joh. xx.
I N illo tpe Cum ſero eſſet
die illa vna ſabbatoꝝ:
et fores eſſent clauſe vbi erant
diſcipuli congregati ꝓpter me
tū iudeoꝝ. venit ieſus et ſtetit

in medio:et dixit eis. Pax vo-
bis. Et cũ hec dixiſſet oſtendit
eis manꝰ ⁊ latus. Gauiſi ſunt
ergo diſcipuli viſo dño. Dixit
ergo eis iterũ. Pax vobis. Si
cut miſit me pať:et ego mitto
vos. Hec cum dixiſſet inſuffla
uit ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritũ
ſctm̃. Quoꝝ remiſeritis pctã:
remittunť eis:⁊ quoꝝ retinuerit
retẽta ſunt. Thomas aũt vnꝰ
ex duodecim q̇ diciť didimus:
nõ erat cũ eis quãdo venit iħs
Dixerũt ergo ei alij diſcipuli.
Vidimus dñm. Ille aũt dixit
eis. Niſi videro in manibꝰ eiꝰ
fixurã clauoꝝ:et mittã digitũ
meuz in locũ clauoꝝ:⁊ mittaz
manum meã in latus eius nõ
credã. Et poſt dies octo iteruz
erãt diſcipuli eius intus ⁊ tho
mas cuz eis. Venit iħs ianuis
clauſis et ſtetit in medio et di-
cit eis. Pax vob̃. Deinde dicit
thome. Infer digitũ tuũ huc ⁊
vide manꝰ meas: et affer ma-
nũ tuã ⁊ mitte in latus meuz ⁊
noli eſſe incredulus ſed fidelis
Rñdit thomas ⁊ dixit ei Dñs
meus ⁊ deꝰ meus. Dicit ei iħs
Quia vidiſti me thoma credi

diſti. Bti q̇ nõ viderũt ⁊ credi
derũt. Multa q̇dẽ ⁊ alia ſigna
fecit iħs in ꝯſpectu diſcipuloꝝ
ſuorum:que nõ ſunt ſcṗta in li
bro hoc. Hec aũt ſcripta ſũt vt
credatis q̄a iħs eſt xp̃us filius
dei:⁊ vt credẽtes vitã habeat
in noĩe eius. Offer. Angelus
dñi deſcẽdit de celo ⁊ dixit mulieribꝰ
quẽ queritis ſurrexit ſicut dixit all'a
Suſcipe munera qͥ̃s Secr.
dñe exultãtis eccleſie ⁊ cui cau
ſam tanti gaudij pſtitiſti: ppe
tuũ fructũ cõcede leticie. Per.
Mitte manũ tuã ⁊ cogno Cõio
ſce loca clauoꝝ all'a:⁊ noli eſſe incre
dulus ſed fidelis. Cõpl. Queſu-
mus dñe deus noſter:vt ſacro
ſctã myſteria q̄ p reparatõnis
nrẽ munimine cõtuliſti: et pre
ſens nob̃ remediuz eſſe facias
⁊ futuꝝ. P. Notandũ q̇ ſi in-
fra dñicã pmã. Quaſimodo ge.
habeť miſſa de tpe:tunc fit in-
troitus. Quaſi modo ge. et diciť
o:o. Pra qͥ̃s opſ. vrſ. Epla
Omne qđ natũ eſt. vrſ. i dñica
All'a. V. Surgẽs iħs dñs noſter
ſtans ĩ medio diſcipuloꝝ dixit: pax
vobis. Aliud. All'a. Paſca noſtrũ
vrſ in die paſce Et notandũ

eſt q ab octā paſce uſqʒ ad vi-
giliā aſcēſionis dñi ſꝑ primuʒ
Alla. eſt de officio miſſe. Scdm
Alla. de reſurrectōne videlicet.
In die reſurrectiōis mee dicit dñs ꝑ
cedā vos in galileā. Itē feria. vi.
Alla. V. Dicite in gentib⁹ qa dñs
regnauit a ligno. Item ſabbato
Alla. V. Surgēs dñs occurrit mu
lierib⁹ ait: auete. tūc acceſſerūt ⁊ tenu
erūt pedes ei⁹. Itē notādū eſt q
in die paſce uſqʒ ad octāuā cor
poris xpi. Glia in excel. et Credo
dicit in omib⁹ miſſis: excepta
ſola miſſa q̄ dr̄ in rogatōnib⁹
feria. ij. ⁊ alia miſſa q̄ dr̄ feria
iij. in vigilia aſcēſionis in qb⁹
dicit ſolū Glia et nō Alla. neqʒ
Credo. Euā. vō die feriata īfra
pimā dñicaʒ Cū ſero eſſet die
vna ut patet ī dñica Quaſi mo
do geniti. Et hoc ſolū fit q epla
dñice et Euā. dicūt feria. ij. iij.
v. ⁊ ſabbo. cū i alijs ferijs ſunt
ꝓprie eple ⁊ euāgl. Feria q̄rta
Frēs. Ad Hebreos. xiij.
Obedite ꝓpoſitis vrīs ⁊
ſubiacete eis. Ipi eni puigilāt
q̄ſi rationē ꝓ animab⁹ veſtris
reddituri vt cū gaudio hoc fa-
ciāt ⁊ nō gemētes. Hoc eni ex-
pedit vobis. Orare pro nobis
Cōfidim⁹ eni qa bonā cōſcien-
tiā habem⁹ in oībus bene volē
tes ꝯuerſari. Amplius aūt de-
precor vos hoc facere: quo cele-
rius reſtituar vobis. De⁹ aūt
pacis q eduxit de mortuis pa-
ſtorem magnum ouiuʒ in ſan
guine teſtamenti eterni: dūm
noſtrū ihm xp̄m: aptet vos in
omī bono vt faciatis volunta
tem eius: faciens in vobis qd
placeat coram ſe: ꝑ ihm xp̄m:
cui eſt gloria in ſecula ſeculorū
amen. Scdm Marcum. xvi.
In illo tpe. Surgens ihs
mane prima ſabbati ap
paruit primo marie magdale
ne: de q eiecerat ſeptē demonia
Illa vadēs nūciauit his q cū eo
fuerāt lugētib⁹ ⁊ flētib⁹. Et illi
audiētes qa viueret ⁊ viſus eēt
ab ea: nō crediderūt. Poſt hec
autē duob⁹ ex eis ambulātib⁹
oſtēſus eſt i alia effigie eūtib⁹
in villā Et illi eūtes nūciauerūt
ceteris. Feria. vi. i. Joh. i. et. ii
Chariſſimi: Si dixerim⁹
quoniā peccatū nō ha-
bemus: ipi nos ſeducim⁹: ⁊ ve-
ritas in nobis non eſt. Si cōfi

teamur pctā nr̃a: fidelis eſt et
iuſtus vt remittat nobis pecca
ta nr̃a: ⁊ emūdet nos ab oī ini
quitate. Si dixerimꝰ qm̄ non
peccauimꝰ: mēdacē facimꝰ eū:
⁊ verbū eiꝰ nō eſt in nob. Filio
li mei: hec ſcribo vobis vt non
peccetis. Sed ⁊ ſi qs peccauerit
aduocatū habebit apud patrē
ihm xp̄m iuſtū: ⁊ ipſe eſt propi
ciatio p pctis noſtris. Scd̄m
IN illo tpe. Math. xxviij.
Exierūt mulieres cito de
monumento cū timoꝛe ⁊ gau=
dio magno: currētes nunciare
diſcipl'is eiꝰ. Et ecce ihs occur=
rit illis dicēs. Auete. Ille autē
acceſſerūt: ⁊ tenuerūt pedes eiꝰ
⁊ adoꝛauerūt eū. Tūc ait illis
ieſus. Nolite timere. Ite nun=
ciate fratribꝰ meis: vt eant in
galileā: ibi me videbunt. Que
cū abijſſent: ecce quidaz de cu=
ſtodibus venerūt in ciuitatē ⁊
nūciauerūt pn̄cipibꝰ ſacerdo=
tū oīa q̄ facta fuerāt. Et cōgre
gati cū ſenioꝛibꝰ: conſilio acce=
pto pecuniā copioſaz dederūt
militibꝰ dicētes. Dicite q̄a di=
ſcipuli eiꝰ nocte venerūt ⁊ fura
ti ſūt eū: nobis doꝛmiētibꝰ. Et
ſi hoc auditū fuerit a pꝛeſide:
nos ſuadebimus ei. et ſecuros
vos faciemꝰ. At illi accepta pe
cunia: fecerunt ſicut erant edo
cti Et diuulgatū eſt vbū iſtud
apud iudeos vſqꝫ i hodiernuz
diem. Dn̄ica. ij. Intro.
MIſericoꝛdia dn̄i plena ē ter=
ra all'a: verbo dei celi firmati ſunt
all'a all'a. Ps̄. Exultate iuſti in dn̄o
rectos decet collaudatio. Oratio.
DEus q̄ in filij tui humili=
tate iacentē mūdū erexi
ſti: fidelibꝰ tuis ꝑpetuā cōcede
leticiā: vt quos ꝑpetue moꝛtis
caſibꝰ eripuiſti: gaudijs quo=
qꝫ facias perfrui ſempiternis.
Per. Lcō ep̄le b. petri apl'i. I. ij.
CHariſſimi: xp̄s paſſus
eſt pro nobis: vobis re=
linquens exemplū vt ſequami
ni veſtigia eius. Qui peccatū
nō fecit: nec inuētus eſt dolus
in oꝛe eiꝰ. Qui cū malediceret:
non maledicebat. Cū pateret:
nō cōminabat. Tradebat aūt
iudicāti ſe iniuſte: qui pctā nr̃a
ipſe ꝑtulit in coꝛpoꝛe ſuo ſuper
lignū: vt pctis moꝛtui iuſticie
viuamꝰ cuiꝰ liuoꝛe ſanati ſumꝰ
Eratis eīm ſicut oues errātes:

ſed cõuerſi eſtis nũc ad paſto-
rẽ et epiſcopũ animarũ vr̃arũ.
Alľa.ṽ. Surrexit paſtoꝛ bon⁹ q
poſuit animã ſuã pꝛo ouibus ſuis:
⁊ pꝛo ſuo grege moꝛi dignatus eſt.
In illo tpe S. Johem.x.
Dixit ih̃s diſcipľis ſuis
Ego ſum paſtoꝛ bon⁹. Bon⁹
paſtoꝛ aĩam ſuaꝫ dat ꝓ ouib⁹
ſuis. Mercẽnari⁹ aũt ⁊ q nõ eſt
paſtoꝛ cui⁹ nõ ſunt oues ꝓpꝛie:
videt lupũ veniẽtẽ: et dimittit
oues ⁊ fugit. Et lupus rapit et
diſpgit oues. Mercẽnari⁹ aũt
fugit: qa mercẽnari⁹ eſt: ⁊ non
ptinet ad euꝫ de ouibus. Ego
ſum paſtoꝛ bonus: ⁊ cognoſco
meas: ⁊ cognoſcũt me mee. Si
cut nouit me pať: et ego agno-
ſco patrẽ: ⁊ aĩam meã pono ꝓ
ouib⁹ meis. Et alias oues ha-
beo: q̃ nõ ſũt ex h̃ ouili: et illas
opoꝛtet me adducere. Et vocẽ
meã audiẽt: et fiet vnũ ouile et
vn⁹ paſtoꝛ. Offer. De⁹ de⁹ me⁹
ad te de luce vigilo: ⁊ ĩ noĩe tuo leua
bo man⁹ meas. Secr. Bñdictio
nẽ tuã nob̃ dñe cõferat ſaluta-
rẽ ſacroſcã oblatio: vt qđ agit
myſterio ṽtute pficiat. Cõio.
Ego ſũ paſtoꝛ bon⁹ alľa: et cogno
ſco oues meas ⁊ cognoſcũt me mee
Sacrã q̃ ſũpſi Cõpľ. alľa alľa.
mus dñe ⁊ ſpiritualib⁹ nos in
ſtaurent alimẽtis: ⁊ coꝛpalib⁹
tueanť auxilijs. P. Feria q̃rta
Lctõ epľe beati petri apľi. j. j.
FRẽs chariſſimi: Sciẽtes
q nõ coꝛruptibilib⁹ au-
ro vľ argẽto redẽpti eſtꝭ de va
na veſtra cõuerſatiõe paterne
traditiõis: ſed p̃cioſo ſanguĩe
quaſi agni incõtaminati ⁊ im
maculati ih̃u xp̃i. Pꝛecogniti
quidẽ ante cõſtitutionẽ mũdi
Manifeſtati autẽ nouiſſimis
tpibus ꝓpter vos: q ꝑ ipſuꝫ fi-
deles eſtis in deo: q ſuſcitauit
eũ a moꝛtuis: ⁊ dedit ei gloꝛiã:
vt fides vr̃a ⁊ ſpes eſſet in deo.
Animas vr̃as caſtificãtes in
obediẽtia charitatꝭ: ĩ fraterni
tatꝭ amoꝛe. Simplici ex coꝛde
inuicẽ diligite attẽtius: rena-
ti nõ ex ſemine coꝛruptibili: ſꝫ
incoꝛruptibili ꝑ ṽbuꝫ dei viui
ꝑmanẽtis ineternũ Quia oĩs
caro fenũ: et oĩs gľia ei⁹ tanq̃
flos feni. Exaruit fenũ: et flos
ei⁹ decidit: ṽbũ aũt dñi ineter-
nũ manet. S. Lu. xxiiij.
In illo tpe. Una ſabbati

valde diluculo venerūt mulieres
ad monumētū portātes q̄ pa-
rauerāt aromata: ⁊ inuenerūt
reuolutū lapidē a monumēto
⁊ ingreſſe nō inuenerūt corpus
dn̄i ih̄u. Et factū eſt dū mente
conſternate eſſent de iſto. Ecce
duo viri ſteterūt ſecus illas in
veſte fulgenti. Cū timerēt aūt
et declinarēt vultū in terrā di-
xerūt ad illas. Quid queritis vi-
uentē cū mortuis? Nō eſt hic:
ſed ſurrexit. Recordamini q̄li
ter locutus eſt vobis: cū adhuc
in galilea eſſet dicens. Quia
oportet filiū hoīs tradi in ma
nus hoīm pctōꝝ ⁊ crucifigi: et
die tercia reſurgere. Et recor-
date ſūt verboꝝ eiꝰ: et regreſſe
a monumēto: nūciauerūt hec
oīa illis vndecim: ⁊ ceteris oī-
bus. Erat aūt maria magda-
lene ⁊ iohāna et maria iacobi
et cetere q̄ cū eis erāt q̄ dicebāt
ad ap̄los hec. Et viſa ſūt ante
illos ſicut deliramētū v̄ba iſta
⁊ nō credebāt illis. Petrꝰ autē
ſurgens cucurrit ad monumē
tū: ⁊ p̄cūbens vidit lintheami
na ſola poſita: ⁊ abijt ſecū mi-
rās qd̄ factū fuerat. Feria. vj.

Lcō ep̄le beati petri ap̄li. j. iiij.

Chariſſimi. Sufficit p̄te
ritū tp̄s ad volūtatē gē-
tiū ↄſūmandā his q̄ ambula-
uerunt i luxurijs: deſiderijs: vi
nolētijs: cōmeſſatiōibꝰ: pota-
tionibꝰ: ebrietatibꝰ: et illicitis
ydoloꝝ cultibꝰ. In quo admi
rant nō cōcurrentibꝰ vobis in
eandē luxurie cōfuſionē blaſ-
phemātes: q̄ reddēt rationē ei
q̄ paratus eſt iudicare viuos ⁊
mortuos. Propter hoc enim ⁊
mortuis euāgelizatū eſt vt iu-
dicent quidē ſ̄m hoīem in car-
ne: viuant aūt ſ̄m deū in ſp̄ū.

In illo tp̄e. S. Math. ix.

Acceſſerūt ad ih̄m diſci-
puli iohānis dicentes. Quare
nos ⁊ phariſei ieiunamus fre-
quēter: diſcipli aūt tui nō ieiu
nāt? Et ait illis ih̄s. Nunquid
poſſunt filij ſp̄oſi lugere q̄diu
cū illis eſt ſponſus? Veniēt autē
dies cū auferet ab eis ſponſus
⁊ tunc ieiunabunt. Nemo aūt
immittit cōmiſſurā panni ru-
dis in veſtimētū vetus: tollit
eīn plenitudinē a veſtimēto: ⁊
peior ſciſſura fit. Neq3 mittūt
vinum nouū in vtres veteres.

Alioquin rumpunt utres: ⁊ vinum effundit: ⁊ utres pereunt Sed vinum nouū in utres nouos mittūt: ⁊ ambo ꝯſeruant.

Dñica tercia Introit⁹.

Iubilate deo omīs terra all'a pſalmū dicite noī ei⁹ all'a: date gloriā laudi ei⁹ all'a all'a. **Pš.** Dicite deo q̄ terribilia ſunt opera tua dñe in multitudine virtutis tue mētientur tibi inimici tui. **Orõ.**

Deus q̄ errātib⁹ ut in viā poſſint redire iuſticie: veritatiſ tue lumen oſtēdis: da cūctis q̄ xp̄iana pfeſſiōe cenſent: et illa reſpuere que inimica ſunt huic nomini: ⁊ ea q̄ ſunt apta ſectari. **Lcō epl'e bti petri apl'i. j. ij.**

Chariſſimi: Obſecro voſ tanq̄ aduenas et pegrinos abſtinere vos a carnalib⁹ deſiderijs que militant aduerſus animā: ꝯuerſationē vrām inter gentes habentes bonā: ut in eo qđ detractāt de vobis tanq̄ de malefactorib⁹: ex bonis operibus vos cōſiderātes glorificent deum in die viſitatiōis. Subiecti eſtote oīni humane creature pp̄ter deū. Siue regi q̄ſi pcellēti: ſiue ducib⁹ tāq̄ ab eo miſſis ad vindictā malefactoꝝ: laudē vō bonoꝝ. Quia ſic eſt volūtas dei: ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudētiū hoīm ignorantiā. Quaſi liberi ⁊ nō q̄ſi velamē habētes malicie libertatē: ſed ſicut ſerui dei. Omēs honorate: fraternitatē diligite Deum timete: regē honorificate. Serui ſubditi eſtote ī oī timore dñis: nō tm̄ bonis ⁊ modeſtis: ſed etiam diſcolis. Hec eſt enī gratia in xp̄o ih̄u dño nr̄o.

All'a. ỽ. Modicū ⁊ non videbitiſ me: iterū modicum et videbitis me.

In illo tp̄e. S. Ioh. xvi.

Dixit ih̄s diſcipl'is ſuis. Modicū ⁊ iā nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me q̄ vado ad prēm. Dixerūt ergo ex diſcipl'is ei⁹ ad inuicē Quid eſt hͦ qđ dicit nobis modicū et nō videbitis me: ⁊ iterū modicū et videbitis me q̄a vado ad patrem. Dicebāt ergo. Quid eſt hoc qđ dicit modicū? Neſcim⁹ quid loquit. Cognouit aūt ih̄s q̄a volebāt eū interrogare. ⁊ dixit eis: De hoc queritis inter vos: q̄a dixi: modicū

⁊ nō videbitis me: et iterū mo-
dicū et videbitiꝭ me. Amē amē
dico vob: q̄a plorabitiꝭ et flebi-
tis vos: mundus autē gaude-
bit. Vos aūt ↄtriſtabimini: ſ;
triſticia vr̄a vertet̄ in gaudiū.
Mulier cum parit triſticiā ha
bet: q̄a venit hora eiꝰ. Cū autē
peperit puer; iā non meminit
preſſure ꝓpter gaudiū: q̄a na
tus eſt hō in mundū. Et vos
igit̄ nunc triſticiā q̄dē habetiꝭ.
Iterū autē videbo vos et gau-
debit cor veſtrū: ⁊ gaudiū ve-
ſtrū nemo tollet a vob. Offer.
Lauda anima mea dn̄m laudabo
dn̄m in vita mea pſallam deo meo
q̄diu ero all'a. Secr. His nobis
q̄ſ dn̄e myſterijs conferat̄: q̄
terrena deſideria mitigantes:
diſcamus celeſtia amare. Per
Modicū ⁊ nō videbitis me Cōio
all'a iterū modicū ⁊ videbitis me q̄a
vado ad patrē meū alleluia. Cōpl.
Preſta q̄ſ oīpſ deꝰ ut iuſti-
ficatiōis tue gratiā ↄſequētes:
in tuo ſemꝑ gl'iemur auxilio.
Per do. Feria q̄rta Lctō ep̄le
beati iohānis ap̄l'i. j. v.
Cariſſimi. Hec ſcribo vo
bis ut ſciatis q̄ꝛ vitā habetis
eternā: q̄ creditiꝭ in noīe filij dei
Et hec eſt fiducia quam habe-
mus ad deum. Quia quecūq;
petierimꝰ ſ'm voluntatē eiꝰ au
dit nos. Et ſcimus quia audit
nos quicq̄d petierimꝰ. Scimꝰ
q̄ꝛ habemꝰ petitōes q̄s poſtu
lamus ab eo. Qui ſcit fratrem
ſuū peccare pctm̄ non ad mor-
tem: petat et dabit̄ ei vita pec-
canti nō ad morte;. Eſt pecca-
tum ad mortē: non ꝑ illo dico
ut roget q̄s. Oīs iniq̄tas pec-
catū eſt: et eſt pctm̄ ad morte;
Scimus q̄a oīs q̄ natus eſt ex
deo: non peccat: ſed generatio
dei cōſeruat eū: ⁊ malignꝰ non
tangit eū. Scimus q̄ꝛ ex deo
ſumꝰ. ⁊ totus mūdus in mali-
gno poſitꝰ eſt. Et ſcimꝰ q̄ꝛ filiꝰ
dei venit: ⁊ dedit nobis ſenſu;
ut cognoſcamus dn̄m noſtru;
Iesum xp̄m. S. Joh. iij.
In illo tp̄e. Facta eſt que-
ſtio ex diſcipl'is iohānis cū iu-
deis de purificatiōe: et venerūt
ad iohānē ⁊ dixerunt ei. Rab-
bi. Qui erat tecū trans iorda-
nem cui tu teſtimonium perhi
buiſti: ecce hic baptiſat: et oēs
veniūt ad eū. Reſpōdit iohan-

nes. ⁊ dixit. Nõ poteſt hõ acci-
pere quicq̃: niſi fuerit ei datuꝫ
de celo. Ipſi vos mihi teſtimo-
niũ ꝑhibetis q̃d dixerim: non
ſum ego xp̃s: ſed q̃ miſſus ſuꝫ
ante illum. Qui habet ſpõſaꝫ
ſponſus eſt. Amicus aũt ſpon
ſi qui ſtat et audit eũ: gaudio
gaudet ꝓpter vocẽ ſpõſi. In h
autẽ gaudiũ meũ impletũ eſt.
Illũ oportet creſcere: me auteꝫ
minui. Qui deſurſũ venit ſup
oẽs eſt. q̃ aũt de terra ẽ: de t̃ra
eſt ⁊ de t̃ra loquit᷑. Qui de celo
venit: ſup oẽs eſt Et q̃d vidit ⁊
audiuit h teſtat᷑: et teſtimoniũ
eiꝰ nemo accipit. Qui aũt acce
perit eiꝰ teſtimoniũ ſignuit: q̃a
deꝰ verax ẽ. Quẽ eñ miſit deꝰ
v̑ba dei loquit᷑. Nõ eñi ad mẽ-
ſurã dat deus ſpiritũ. Pr̃ diligit
filiũ: ⁊ oĩa dedit ei in manu eiꝰ
Qui credit in filiuꝫ dei. habet
vitã eternã. Qui incredulꝰ eſt
filio: nõ videbit vitã eternã: ſꝫ
ira dei manet ſup eũ. Feria. vj

Lcõ epl'e bti petri ap. j. j.
CHariſſimi. Succincti lũ
bos mentis v̑re ſobrij et ꝑfecti
ſperate in eã q̃ offert᷑ vob gratia
am i reuelationẽ ihu xp̃i. Qua
ſi filij obedientie. nõ cõfigurati
prioribus ignorantie v̑re deſi-
derijs ſed ſcḋm eũ q̃ vocauit vos
ſanctũ: vt ⁊ ipſi ſcti in oĩ cõuer-
ſatiõe ſitis. Quõ ſic ſcriptũ eſt.
Scti eritis: q̃ñ ego ſctũs ſum.
Et ſi patrẽ inuocatis eũ: q̃ ſine
acceptiõe ꝑſonaꝝ iudicat. ſcḋm
vniuſcuiuſq; opus: in timore
incolatus veſtri tp̃e conuerſa-
mini. In xp̃o ihu dño noſtro.

IN illo tp̃e. S. Iohẽm. xij
Dixit ihs diſcipulis ſuis.
Ego lux in mũduꝫ veni: vt oĩs
qui credit in me in tenebris nõ
maneat. Et ſi q̃s audierit v̑ba
mea ⁊ nõ cuſtodierit: ego non
iudico eũ. Nõ eñi veni vt iudi-
cẽ mũdũ: ſed vt ſaluificẽ mun-
dũ. Qui ſpernit me ⁊ non acci
pit v̑ba mea: habꝫ qui iudicet
eũ. Sermo quẽ locutꝰ ſum: ille
iudicabit eũ in nouiſſimo die
Quia ego ex meipſo nõ ſum lo
cutꝰ Sed q̃ miſit me pr̃ ipſe mi-
hi mãdatũ dedit q̃d dicã et q̃d
loquar. Et ſcio q̃a mãdatũ eiꝰ
vita eterna eſt. Que ergo ego
loquor: ſicut dixit mihi pr̃ ſic
loquor. Dñica. iiij. Int
CAntate dño canticũ nouum

alľa: quia mirabilia fecit dñs alľa.
añ cōſpectū gētiū reuelauit iuſticias
ſuā alľa alľ. Pš. Saluabit ſibi de-
xtera eiꝰ ⁊ brachiū ſctm̄ eiꝰ. Orō.

Deus qui fideliū mentes
unius efficis volūtatis:
da pplis tuis id amare qđ pci
pis: id deſiderare qđ pmittis:
ut inter mūdanas varietates
ibi nr̄a fixa ſint corda: ubi ve-
ra ſūt gaudia. Per dñm. Lctō

epĺe beati iacobi apĺi. j.
Chariſſimi. Omne datū
optimū ⁊ oīne donū pfectū de-
ſurſum eſt deſcēdens a pr̄e lu-
minū: apud quē non eſt tranſ-
mutatio nec viciſſitudinis ob
umbratio. Voluntarie eni ge-
nuit nos verbo veritatis: ut ſi
mus iniciū aliqđ creature eiꝰ.
Scitꝭ fratres mei dilectiſſimi.
Sit aūt oīs hō velox ad audi-
endū: tardus aūt ad loquēdū
⁊ tardus ad iram. Ira eni viri
iuſticiaʒ dei nō opať. Propter
qđ abiiciētes omnē immundi
ciā ⁊ abūdātiā malicie in mā-
ſuetudine ſuſcipite inſitū ver-
buʒ qđ pōt ſaluare aīas vr̄as.

Alľa. V. Vado ad eū q me miſit ⁊
nemo ex voƀ interrogat me q̊ vadis

In illo tp̄e. S. Joh. xvj.
Dixit ih̄s diſcipulis ſuis.
Vado ad eū q me miſit: et ne-
mo ex voƀ interrogat me quo
vadis. Sed qa hec locutꝰ ſum
voƀ: triſticia impleuit cor ve-
ſtrū. Sed ego veritatē dico vo
bis. Expedit voƀ ut ego vadā
Si ego nō abiero: paraclitus
nō veniet ad vos. Si aūt abie
ro mittā eū ad vos. Et cū vene
rit ille arguet munduʒ de pctō
et de iuſticia et de iudicio. De
pctō quidē: qa nō credūt in me
De iuſticia vō qr ad pr̄em va-
do: ⁊ iā nō videbitꝭ me. De iu
dicio aūt: qa princeps mundi
huiꝰ iā iudicatꝰ ē. Adhuc mul
ta habeo voƀ dicere: ſʒ non po
teſtis portare modo. Cū autē
venerit ille ſpūs veritatis: do-
cebit vos omnē veritatē. Non
eni loqueť a ſemetipſo: ſed que-
cūqʒ audiet loqueť: et q̄ ventu
ra ſūt annūciabit vobis. Ille
me clarificabit qa de meo acci
piet ⁊ annūciabit voƀ. Offer.

Iubilate deo uniuerſa terra: iubi-
late deo uniuerſa terra pſalmū dici-
te noī eiꝰ: venite ⁊ audite ⁊ narrabo
vobis oēs q̄ timetis deū quāta fecit

dn̄s aīe mee alľa. Secř. Deus q̄
nos ꝑ huiꝰ ſacrificij venerāda
cōmertia vniꝰ ſūmeqꝫ diuini-
tatis participes eſſe voluiſti.
preſta q̄s: vt ſicut tuam cogno
ſcimꝰ veritatē ſic dignis eā mo
ribus aſſequamur. Per. Cōio
Cū venerit paraclitꝰ ſpūs verita-
tis ille arguet mūdū de pctō ꝛ de iu-
ſticia ꝛ de iudicio alľa alľa. Cōplē.
Adeſto nob̄ q̄s dn̄e deꝰ noſter
vt ꝑ hec q̄ fideliter ſumpſimꝰ ꝛ
purgemur a vicijs et a pericu-
lis oībus exuamur. Per. Feria
q̄rta. Ad Theſſal. j. v.
Frēs. Oēs vos filij lucis
eſtis ꝛ filij diei. Nō eſtis noct(is)
neqꝫ tenebrarꝫ. Igitꝰ nō dormi
amꝰ ſicut ꝛ ceteri: ſed vigilemꝰ
ꝛ ſobrij ſimꝰ. Qui eni dormiūt
nocte dormiūt: ꝛ q̄ ebrij ſūt: no
cte ebrij ſūt. Nos autē q̄ diei ſu
mus ſobrij ſimꝰ: induti loricā
fidei ꝛ charitatis: ꝛ galeaꝫ ſpei
ꝛ ſalutis. Qm̄ non poſuit nos
deꝰ in irā: ſed in acquiſitioneꝫ
ſalutis ꝑ ihm̄ xp̄m dn̄m nr̄m:
q̄ mortuꝰ eſt ꝓ nobis: vt ſiue vi
gilemus ſiue dormiamꝰ: ſimul
cū illo viuamꝰ. Propter qđ cō-
ſolamini inuicē et edificate al-
terutrū: ſicut ꝛ facitis. In xp̄o
ihū dn̄o noſtro. S. Joh. xvij.
In il. t. Reſpiciens ih̄s in
diſcipl̄os ſuos dixit. Pa
ter ſctē ſerua eos ī noīe tuo q̄s
dediſti mihi: vt ſint vnū ſicut ꝛ
nos. Cū eſſem cū eis: ego ſerua
bā eos in noīe tuo. Quos dedi
ſti mihi cuſtodiui: et nemo ex
his perijt: niſi filius ꝑditionis
vt ſcriptura impleat̄. Nūc aūt
ad te venio: ꝛ hec loquor ī mū-
do: vt habeāt gaudiū meū im
pletū in ſemetipſis. Ego dedi
eis ſermonē tuum: et mundus
eos odio habuit: q̄a nō ſunt de
mūdo: ſicut et ego non ſum de
mūdo. Nō rogo vt tollas eos
de mūdo: ſꝫ vt ſerues eos a ma
lo. De mūdo nō ſunt: ſic̄ ꝛ ego
nō ſū de mūdo. Sctifica eos in
veritate Sermo tuꝰ veritas eſt
Sicut tu me miſiſti in mūdū:
ꝛ ego miſi eos in mūduꝫ. Et ꝓ
eis ſanctifico meipm̄: vt ſint et
ipſi ſctificati in veritate. Nō ꝓ
eis aūt rogo tm̄: ſꝫ et ꝓ eis qui
credituri ſūt ꝑ verbū eoꝝ ī me.
vt oēs vnū ſint: ſicut tu pat̄ in
me ꝛ ego in te. vt et ipſi in nob̄
vnuꝫ ſint vt mūdus credat: q̄a

tu me miſiſti. Et ego claritatē
quaꝫ dediſti mihi. dedi eis: vt
ſint vnū ſicut ⁊ nos vnū ſum⁹.
Ego in eis ⁊ tu in me: vt ſint cō
ſummati in vnū. et cognoſcat
mūdus q̄a tu me miſiſti. et di-
lexiſti eos ſicut ⁊ me dilexiſti.
Pater q̄s dediſti mihi: volo vt
vbi ſum ego ⁊ illi ſint mecū: vt
videāt claritatē meā quā dedi
ſti mihi: q̄a dilexiſti me ante cō
ſtitutionē mundi. Pater iuſte
mundus te non cognouit: ego
autē te cognoui. Et hi cogno-
uerūt q̄a tu me miſiſti: ⁊ notuꝫ
feci eis nomen tuū: ⁊ notuꝫ fa-
ciā: vt dilectio tua qua dilexi-
ſti me in ipſis ſit ⁊ ego in ipſis.

Feria. vj. Jacobi apli. iij. ⁊. iiij

CHariſſimi. Que deſurſū
eſt ſapiētia pꝛimū quidē
pudica ē. deinde pacifica: mo-
deſta: ſuadibilis: bonis cōſen-
tiens: plena miſcdia ⁊ fructib⁹
bonis: iudicās ſine ſimulatōe.
Fructus aūt iuſticie in pace ſe-
minaꝛ facientibus pacē. Unde
bella et lites in vobis. Nonne
ex cōcupiſcētijs vr̄is q̄ militāt
in mēbꝛis vr̄is. Cōcupiſcitis ⁊
nō habetis: occiditis ⁊ zelatis
⁊ nō poteſtis adipiſci. Litiga-
tis ⁊ belligeratis ⁊ nō habetꝭ:
ꝓpter qđ nō poſtulatis: Peti-
tis ⁊ non accipitis: eo q̄ male
petatis. S. Marcum. x.

IN illo tpe. Offerebāt ie-
ſu paruulos vt tangeret illos.
Diſcipli aūt cōminabāꝛ offe-
rentib⁹. Quos cū videret iħs:
indigne tulit. ⁊ ait illis: Sini-
te paruulos venire ad me: ⁊ ne
ꝓhibueritꝭ eos. Taliuꝫ eſt eñ
regnū celoꝝ. Amē dico vobis:
quiſquis non receperit regnū
dei velut paruulus: non intra
bit in illud. Et cōplexās eos: ⁊
imponens man⁹ ſup illos bene
dicebat eos. Aliđ S. Joh. xiij

IN illo tpe. Dixit iħs di-
ſcipulis ſuis. Filioli ad-
huc modicū vobiſcū ſuꝫ. Que-
retis me ⁊ ſicut dixi iudeis quo
ego vado: vos nō poteſtꝭ veni
re. Et vob̄ dico modo. Māda-
tū nouū do vob̄ vt diligatꝭ in
uicē: ſicut dilexi vos: vt et vos
diligatꝭ inuicē. In hoc cogno
ſcent oēs: q̄a diſcipuli mei eſtiſ
ſi dilectionē habueritis ad in-
uicē. Dicit ei ſymō petr⁹ Dn̄e
q̄ vadis. Rn̄dit iħs. Quo ego

vado nō potes me modo ſequi
ſequerꝛ aūt poſtea. Dñica.v.
Vocē iocūditatis annunciate
et audiat alleluia : nunciate
vſqꝫ ad extremū terre liberauit dñs
pplm ſuuꝫ alla alla. Pſ. Jubilate
deo oīs terra: pſalmū dicite noī eiꝰ:
date gloriā laudi eiꝰ. Oro.
Deus a q̄ bona cūcta ꝓce
dūt largire ſupplicibꝰ tuis: vt
cogitemus te inſpirāte q̄ recta
ſūt: ⁊ te gubernāte eadē facia-
mus. P. Jacobi apli. j.
Chariſſimi. Eſtote facto
res vbi: ⁊ nō auditores tm̄ fal
lētes voſmetipſos. Quia ſi qs
auditor eſt vbi ⁊ nō factor: hic
cōparabit viro cōſiderāti vul-
tuꝫ natiuitatis ſue in ſpeculo.
Cōſiderauit eñi ſe ⁊ abijt ⁊ ſta
tim oblitꝰ eſt q̄lis fuerit. Qui
autē ꝑſpexerit in lege ꝑfecte li-
bertatis: ⁊ ꝑmāſerit in ea non
auditor obliuioſus factꝰ: ſꝫ fa
ctor opis: hic btūs in facto ſuo
erit. Si qs aūt putat ſe religio
ſū eſſe: nō refrenās linguā ſuā
ſed ſeducēs cor ſuū: huiꝰ vana
eſt religio. Religio munda et
immaculata apud deū ⁊ prēm
hec eſt: viſitare pupillos et vi-
duas i tribulatiōe eoꝝ: et ima-
culatū ſe cuſtodire ab h̄ ſeclo.
Alla. v̄. Vſqꝫ modo non petiſtis
quicq̄ in noīe meo. petite ⁊ accipietꝛ
In illo tpe. S. Joh. xvj.
Dixit ihs diſcipulis ſuis
Amē amē dico vob. Si qd pe-
tieritis patrē in noīe meo: da-
bit vob. Vſqꝫ modo non peti
ſtis quicq̄ i noīe meo. Petite ⁊
accipietꝛ: vt gaudiū veſtrū ſit
plenū. Hec in ꝓuerbijs locutꝰ
ſuꝫ vob. Venit hora cū iā nō i
ꝓuerbijs loquar vob: ſed palā
de prē meo annūciabo vobis
In illa die in noīe meo petetꝛ.
Et non dico vobis. qꝛ rogabo
patrē meū de vobis. Jpſe enim
pater amat vos: quia vos me
amaſtis: et credidiſtis quia a
deo exiui. Exiui a prē ⁊ veni in
mundū: iterū relinquo mūdū:
⁊ vado ad patrē. Dicunt ei di
ſcipuli eius. Ecce nūc palaꝫ lo-
queris: ⁊ ꝓuerbiū nullū dicis.
Nūc ſcimꝰ qꝛ oīa ſcis: ⁊ non eſt
opus tibi vt qs te interroget.
In h̄ credimꝰ qa a deo exiſti.
Benedicite gētes dño deo Offꝫ
noſtro: ⁊ obaudite vocē laudi eiꝰ: q
poſuit aīam meā ad vitā ⁊ nō dedit

cõmoueri pedes meos: bñdictꝰ dñs
qui nõ amouit deprecationẽ meã ⁊
miſericordiã ſuã a me all'a. Secr.
Suſcipe qˢ dñe fideliũ pre
ces cũ oblatiõib' hoſtiarũ: vt
ꝑ hec pie deuotiõis officia ad
celeſtẽ gloriã trãſeamus. Per.
Cantate dño all'a: cantate Cõio.
⁊ bñdicite nomini eiꝰ bñ nunciate de
die in diẽ ſalutare eius all'a alleluia.
Tribue nobˀ qˢ dñe Cõpl.
celeſtis mẽſe virtute ſatiatis: ⁊
deſiderare q̃ recta ſunt et deſi-
derata ꝑcipere. P. Feria ſcđa
in die rogationum ſiue in leta
Exaudiuit dñs nia maiori
de templo ſctõ ſuo vocẽ meã
all'a ⁊ clamor meꝰ ĩ ꝯſpectu eiꝰ introi
uit ĩ aures eiꝰ all'a all'. Ps. Diligã
te dñe virtus mea dñs firmamentũ
meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meꝰ.
Nota q̃ Gl'ia ĩ ex. dicit̃ Kyriel'.
paſcale. Dñs vobiſcũ. Oremꝰ
Preſta q̃s oĩps deus: vt q̃
in afflictiõne nr̃a de tua
pietate ꝯfidimꝰ: contra aduer
ſa oĩa tua ſp ꝓtectione munia
mur. P. Lcõ ep'le beati iacobi
Chariſſimi. Cõfi apl'i. v.
temini alterutrũ pctã vr̃a
⁊ orate ꝓ inuicẽ vt ſaluemini.
Multũ eñi valet dep̃catio iuſti
aſſidua. Helyas hõ erat ſĩlis
nobis paſſibilis: ⁊ oratiõe ora
uit vt non plueret ſup terrã: et
nõ pluit annos tres et menſes
ſex. Et rurſum orauit: ⁊ celũ de
dit pluuiã: ⁊ t̃ra dedit fructũ
ſuũ. Si q̃s aũt ex vobis erraue
rit a veritate ⁊ cõuerterit quis
eũ: ſcire debet qm̃ q̃ ꝯuerti fece
rit peccatorẽ ab errore vie ſue:
ſaluabit aĩam eius a morte:
⁊ operit multitudinẽ pctõꝝ.
All'a. v. Cõfitemini dño qm̃ bonꝰ
qm̃ ĩ ſecl'm miſcdia eiꝰ. S. lucã. xi
In illo tp̃e. Dixit iħs di-
ſcipulis ſuis. Quis vr̃m
habebit amicũ: et ibit ad illũ
media nocte: et dicet illi. Ami-
ce: comoda mihi tres panes:
qm̃ amicꝰ meꝰ venit de via ad
me: ⁊ nõ habeo qđ ponã ante
illũ. Et ille deintꝰ rñdẽs dicat.
Noli mihi moleſtꝰ eſſe iã oſtiũ
clauſũ ẽ: ⁊ pueri mei mecũ ſũt ĩ
cubili: nõ poſſũ ſurgere ⁊ dare
tibi. Et ille ſi ꝑſeuerauerit pul
ſans dico vobˀ ⁊ ſi nõ dabit illi
ſurgẽs eo q̃ amicꝰ eiꝰ ſit: ꝓpter
improbitatẽ tamẽ eius ſurget
⁊ dabit illi q̃tq̃t habet neceſſa

rios. Et ego dico vobiſ. Petite
⁊ dabiť vobis. querite et inue-
nietis. pulſate ⁊ aperieť vobis
Oĩs eni͂ q̄ petit accipit ⁊ q̄ que
rit inuenit: ⁊ pulſanti aperieť.
Quis au͂t ex vobis patrẽ petit
panẽ: nu͂qd lapidez dabit illi?
Aut piſcẽ: nunquid ꝑ piſce ſer-
pentez dabit illi? Aut ſi petie-
rit ouu͂: nu͂qd ſcorpionẽ porri-
get illi? Si ergo vos cum ſitis
mali: noſtis bona data dare fi-
lijs veſtris: qua͂tomagꝭ pater
veſter de celo dabit ſpm͂ bonu͂
petentibꝰ ſe. Offer. Confitebor
dn̄o nimis in ore meo: et in medio
multorũ laudabo eũ q̄ aſtitit ad de-
xterã pauperis ut ſaluũ faceret a ꝑ-
ſequentibꝰ animã meã all'a. Secr.
Hec munera q̄s dn̄e et vin-
cula noſtre prauitatis abſter-
gãt: ⁊ tue nobis miſcd̄ie dona
cõcilient. Per do. Aliud Secr.
Sacrificiũ nr̄e ſeruituť ieiu-
nãtes tibi dn̄e ꝑſoluimꝰ obſe-
crãtes: ut eiꝰ virtute muniti ſp
ad cõuiuiũ celeſte feſtinemus.
Per. Prefatio paſcalis. Cõio
Petite ⁊ accipietis querite ⁊ inue
nietis: pulſate ⁊ aperieť vobis: oĩs
eni͂ q̄ petit accipit ⁊ q̄ querit inuenit

⁊ pulſanti aperieť alleluia. Cõpl.
Vota nr̄a q̄s dn̄e pio fauore
proſequere: ut du͂ dona tua in
tribulatiõe ꝑcipimꝰ: de cõſola
tione nr̄a in tuo amore creſca-
mus. Per. Ante exitũ cũ ꝓceſ-
ſione de eccleſia canitur.
Exurge dn̄e adiuua nos et li-
bera nos ꝓpter nomẽ tuũ all'a. Ps.
Deꝰ auribꝰ nr̄is audiuimꝰ patres
noſtri annu͂ciauerũt nobis. Oro.
Preſta q̄s oĩps deus: ut q̄
in afflictõne nr̄a de tua
pietate cõfidimꝰ: cõtra aduer-
ſa oĩa tua ſp ꝓtectione munia
mur. P. An̄ in ip̄a ꝓceſſione.
Surgite ſcti͂ de mãſionibus nr̄is:
loca ſctificate: plebẽ bn̄dicite: et vos
hoĩes pctõres i͂ pace cuſtodite. An̄.
Cũ iocũditate exibitis ⁊ cũ gaudio
deducemini: nã ⁊ mõtes ⁊ colles exi
lient expectãtes vos cũ gaudio all'a
all'a: An̄. De hiel'm exeũt reliq̄e ⁊
ſaluatio de mõte ſyon ꝓpterea ꝓtectio
erit huic ciuitati ⁊ ſaluabiť propter
dauid ſeruũ tuũ all'a. Oro
Oremꝰ dilectiſſimi nob
deũ patrẽ oĩpotẽtẽ ut cu͂ctꝭ mũ
dũ purget erroribus: morbos
auferat: famẽ depellat: apiat
carceres: vincl'a diſſoluat: pere

grināti bꝰ reditū: infirmātibꝰ
ſanitatē: nauigātibꝰ portū ſa-
lutꝭ indulgeat: ⁊ pacē tribuat
in diebꝰ nr̄is: inſurgētesq; repel
lat inimicos: ⁊ de manu infer-
ni libera nos ꝓpter nomē tuū.
Per. Añ. Lux ꝑpetua. Sequunt̄
oratiões ad ſtationes. Primo
de beata virgine Oro.
Deus q̄ culpas nr̄as piis
verberibꝰ caſtigas q̄s vt nos a
nr̄is iniquitatibus mundes: ⁊
da nob̄ de verbere tuo ꝓficere:
et intercedēte dei genitrice ma
ria de tua citiꝰ cōſolatiōe gau-
dere. Oremꝰ. Flect. geñ. Oro.
Dirige nob̄ dñe deꝰ de-
xterā tuā: et interceſſiōe
btē ⁊ glioſe ſempq; v̄ginis dei
genitricꝭ marie auxiliū nobis
ſupne virtutis impende. Per.
De ſctō Johe baptiſta
Preſta quı̄s oṗs deꝰ: vt
q̄ in afflictiōe nr̄a de tua pieta
te cōfidimꝰ: intercedēte beato
iohe baptiſta cōtra oia aduſa
muniamur. Oremꝰ. Flec. geñ.
Sancti iohānis baptiſte
nos dñe ꝓclara comitet̄
oratio: ⁊ quē vētuꝝ eſſe ꝑdixit
poſcat nobis fore placatū. P.

Preſta q̄s oṗs Alia oro.
deꝰ: vt familia tua ꝑ vi
am ſalutis incedat: ⁊ btī iohis
baptiſte precurſoris tui hor̄ta
mēta ſectādo ad deū quez ꝑdi
xit ſecura mente ꝑueniat. Per
Oremꝰ Flectamꝰ genua
Adeſto dñe ſupplicatōi-
bus noſtris: et ſperātes in tua
miſcd̄ia intercedente btō iohe
baptiſta ꝓcurſore tuo: pietatꝭ
tue indulgētiā ꝯſeq̄mur. Per.
Deus q̄ mi- De angelis.
ro ordine angelorū mi-
niſteria hoīmq; diſpēſas. con
cede ꝓpiciꝰ: vt a quibꝰ tibi mi-
niſtrātibꝰ in celo ſꝑ aſſiſtit̄: ab
his in terra vita nr̄a muniat̄.
Oremꝰ Flectamꝰ genua
Mentē familie tue q̄s dñe
interueniēte btō michaele ar-
chāgelo ⁊ munere cōpunctiōis
aperi: ⁊ largitate pietatꝭ exau-
di. Per. De ſctō petro.
Deus q̄ beato petro apl̄o
tuo collatis clauibꝰ regni cele-
ſtis aīas ligandi atq; ſoluēdi
pontificiū tradidiſti: ꝯcede ꝓ-
picius: vt interceſſiōis eiꝰ auxi
lio a pctōꝝ nr̄oꝝ nexibꝰ libere-
mur. P. Oremꝰ Flectamꝰ geñ.

PReſta qͣſ̄s oṗs deꝰ: ut nullis nos ꝑmittas perturbatiōibꝰ ꝯcuti: q̄s in aplice cōfeſſiōis petra ſolidaſti. Per

PReced̄e De ſctō egidio. dñe qͣſ̄s miſcdiam tuā ⁊ bti abbatis egidij interceſſione cuius nos dediſti patrocinijs adiuuari: tribue qͣſ̄s: ut maieſtatē tuā iugiter ꝓ nobis exoret. Per. Oremꝰ Flec. geñ.

DEus q̄ culpas delinquētiū diſtricte feriēdo ꝑcutis. fletus quoqꝫ lugētiū nō recuſas. p̄ſta q̄s: ut q̄ pōdus tue animadūſatiōis cognouimꝰ: interceſſione bti egidij abbatꝭ pietatis gratiā cōſeq̄mur. P.

DEus De uno martyre. refugium pauperū: ſpes humiliū: ſaluſqꝫ miſerorū intercedēte btō. N. cū oībus ſanctis tuis ſupplicatōnē ppl̄i tui clemēter exaudi: ut q̄s inſtātia dūoꝝ fecit afflictos: abūdātia remedioꝝ faciat ꝯſolatos. P.

AVxiliū tuū q̄s dñe nobꝭ placatꝰ impende: ⁊ intercedēte btō. N. martyre tuo atqꝫ pōtifice: dexterā ſup nos tue maieſtatꝭ extēde. P. Oremꝰ Flec. g. De martyre ⁊ pontifice

CLamātiū qͣſ̄s dñe p̄ces dignanter exaudi: ut ſicut niniuitis in afflictione poſitis pepꝑciſti: ita etiā meritis beati N. martiris tui nobis in p̄ſenti tribulatiōe ſuccurre. Per d.

LEtetꝛ De ſctō adalberto eccleſia tua deꝰ bti adalberti martyris tui atqꝫ pontificis cōſiſa ſuffragijs atqꝫ eius p̄cibus gl̄ioſis: ⁊ deuota ꝑmaneat ⁊ ſecura cōſiſtat. Per do.

OOremꝰ Flectamꝰ genua Mp̄s ⁊ misericors deꝰ: q̄ peccātiū aīas nō uis perire: ſꝫ ⁊ culpas cōtine q̄ merent̄ iraꝫ: et quā p̄camur ſup nos effunde clementiā tuā: ut de merore gaudiū tua miſcdia conſequi mereamur. P. De martyribꝰ

MAieſtati tue nos domine martyꝝ. N. ⁊. N. ſupplicatio cōciliet: ut q̄ inceſſanter actibus nr̄is offendimꝰ: iuſtoꝝ p̄cibus expiemur. Per d.

POremꝰ Flectamꝰ genua Reſta qͣſ̄s oṗs deꝰ: ut ad te toto corde clamātes interceſſiōibꝰ ſanctorū martyrū tuorū. N. ⁊. N. pietatis tue in-

dulgentiã cõſequamur. Per.
MIſerere De ſctõ nicolao
miſerere pplo tuo ꝛ cõti-
nuis tribulatõnib⁹ laborantẽ
btõ nicolao intercedẽte ꝓpici⁹
reſpirare ↄcede. De oib⁹ ſctis.
OMnium ſctõꝝ quõs dñe
ſupplicatõe placat⁹ ꝛ ve-
niã delictoꝝ nr̃oꝝ tribue: et re-
media cõcede ſempiterna. P.
Poſt oratiões ſequit̃ letania.
HVmili p̃ce ꝛ ſincera deuotõe
ad te clamantes. Xp̃e exaudi
nos. Añ. Ardua ſpes mundi ſo-
lidator ꝛ inclite celi. Xp̃e audi nos.
Scdm huc modũ. Kyriel. Xp̃e.
Xp̃e audi nos. Sancta maria. Ora
pro nobis ad dñm. Xp̃e audi nos.
Itẽ letania maior dicit̃. Leta-
niã maiorẽ a ſctõ gregorio pa-
pa. vij. kal. maij legim⁹ eſſe ſta
tutã ꝓpter imminẽtes romane
urbi celeſtis ire mucrones: ꝛ p
importunitate belloꝝ atq; ad
fruges cõſeruandas: ꝛ p totũ
cãtet. ꝛ poſt hoc añ. Lux ꝑpetua
ad introitũ chori. deinde. ꝟ. et
coll. de oib⁹ ſctis. Feria. iij. Int
Vocẽ iocũditatis. p oĩa dicit̃ vtſ
feria ſcda. Glia in excelſis. ꝛ p̃fa-
tio paſcalis. ꝛ Ite miſſa. Oro.

IEiunio ſi afflicti corpo-
re ꝛ corde contriti frequẽ
tamus ad te p̃ces nr̃as clemen
tiſſime deus: vt cum corporali
abſtinẽtia nob vicioꝝ done-
tur fuga: vt reſtricto corpe ab
epulis tu q̄ es refectio vera in
noſtris cordib⁹ oriaris. Per.
CAd Thimoth. i. Cap. ij
Hariſſimi. Obſecro pri
mũ omniũ fieri obſecratiões:
oratiões: poſtulatiões: grarũ-
actiões p oĩbus hoĩbus: p regi
bus ꝛ oĩb⁹ q̄ in ſublimitate cõ-
ſtituti ſũt: vt quietã ꝛ trãquil-
lã vitã agam⁹ in omni pietate
ꝛ caſtitate. Hoc enĩ bonũ eſt et
acceptũ corã ſaluatore noſtro
deo: q̄ oĩes hoĩes vult ſaluos
fieri: ꝛ ad agnitionẽ veritatis
venire. Vnus enĩ de⁹: vn⁹ ꝛ me
diator dei et hoim hõ xp̃s ihs:
q̄ dedit redẽptõnẽ ſemetipm p
oibus. Cui⁹ teſtimoniũ tpib⁹
ſuis cõfirmatũ eſt: in q̄ poſit⁹
ſum ego p̃dicator ꝛ apls. Veri
tatẽ dico ꝛ nõ mentior: docto
gẽtiũ in fide ꝛ veritate. In xp̃o
Ihu dño nr̃o. Math. vij.
IN illo tpe. Di. i. di. ſuis.
Petite et dabit̃ vobis. Queri-

te ⁊ inuenietis: pulſate ⁊ aperi
etur vobis. Oĩs eñ q̄ petit ac-
cipit: ⁊ q̄ querit inuenit: ⁊ pul-
ſanti aperiet̃. Aut q̄s eſt ex vo-
bis hõ: quē ſi petierit filiꝰ ſuus
panē: nunq̄d lapidez poꝛriget
illi? Aut ſi piſcē petierit: nūq̄d
ſerpentez poꝛriget illi? Si ergo
vos cū ſitis mali noſtis bona
data dare filijs veſtris: quãto
magis pr̃ vr̃ q̄ in celis ē dabit
bona petentibꝰ ſe. Oĩa ergo q̄
cunq3 vultis vt faciant vobis
hoĩes: ⁊ vos facite illis. Hec eſt
eñ lex et p̄phete. Intrate p an
guſtã poꝛtã: quia lata poꝛta ⁊
ſpacioſa via eſt q̄ ducit ad p̄di
tionē: ⁊ multi ſunt q̄ intrant p
eã. Qm̃ anguſta poꝛta ⁊ arta
via eſt q̄ ducit ad vitã: ⁊ pauci
ſunt qui inueniunt eaz. Secre.
Oblatis q̄s dñe placare mu-
neribꝰ: et in hac ſolēnitate ieiu
nioꝝ a cunctꝭ nos defende peri
culis. P. Cõpl. Purifica q̄s
dñe tuoꝝ coꝛda fideliũ: vt a ter
rena cupiditate mũdati: ⁊ pre-
ſentis vite periculis exuant̃: et
p̄petuis donis firment̃. Per d.
In vigilia aſcenſionis
Omnes gētes plaudite mani
bus: iubilate deo in voce exultatio-
nis. Ps̃. Subiecit pp̃los nobis et
gētes ſub pedibꝰ nr̃is. Oro
Preſta q̄s oĩps deus: vt
illuc nr̃e mētis intētio q̄ ſolēni
tatis vēture gl̃ioſus auctoꝛ in
greſſus eſt ſemp̄ intēdat: ⁊ q̄ fi
de pergit cõuerſatiõe p̄ueniat.
Per do. Lctõ actuũ apl̃oꝝ. iiij
In diebꝰ illis. Multitudi
nis credētiũ erat coꝛ vnũ
et anima vna: nec quiſq̄ eoꝛuz
q̄ poſſiderat aliq̄d ſuũ eſſe di-
cebat: ſed erãt illis oĩa cõmu-
nia. Et virtute magna reddē-
bant apl̃i teſtimoniuz reſurre
ctiõis iħu xp̄i dñi nr̃i: ⁊ gratia
magna erat in oĩbus illis: ne-
q3 enim quiſq̄ egēs erat inter
illos. Quotquot eñ poſſeſſo-
res agroꝛũ aut domoꝝ erant:
vendētes afferebãt p̄cia eoꝝ q̄
vēdebãt: ⁊ ponebãt ante pedes
apl̃oꝝ. Diuidebat̃ aũt ſingu-
lis: pꝛout vnicuiq3 opus erat.
Allā. ỽ. Oēs gētes plaudite ma-
nibꝰ iubilate deo in voce exultatiõis
In illo tp̄e. S. Joħ. xvij.
Subleuatis iħs oculis ĩ
celum dixit. Pater venit hoꝛa
clarifica filiũ tuũ vt filiꝰ tuꝰ cla

rificet te. Sicut dediſti ei pote-
ſtatē oīs carnis: ut oē qđ dedi
ſti ei: det eis vitā etnā. Hec eſt
autē vita eterna: ut cognoſcāt
te ſolū verū deum: et quē miſiſti
ieſum xp̄m. Ego te clarificaui
ſup terram: opus cōſūmaui qđ
dediſti mihi ut faciā. Et nunc
clarifica me tu pr̄ apud temet-
ipſum claritate quam habui
priuſq̄ꝫ mundus eſſet apud te.
Manifeſtaui nomē tuū homi
nibꝫ q̊s dediſti mihi de mūdo
Tui erāt: ⁊ mihi eos dediſti: et
ſermonē tuū ſeruauerūt. Nūc
cognouerūt qꝛ oīa q̄ dediſti mi
hi abs te ſūt: q̄a vba q̄ dediſti
mihi dedi eis. Et ipſi acceperūt
et cognouerūt vere qꝛ a te exiui:
et crediderūt qꝛ tu me miſiſti.
Ego p eis rogo: non p mundo
rogo: ſꝫ p his q̊s dediſti mihi:
q̄a tui ſūt: ⁊ mea oīa tua ſūt: et
tua mea ſūt. ⁊ clarificatꝰ ſū in
eis. Et iā nō ſum in mūdo: et hi
in mūdo ſūt: ⁊ ego ad te venio.
Viri galilei qđ admira- **Offer.**
mini aſpiciētes in celū: hic ieſus qui
aſſumptus eſt a vobis in celū ſic ve-
niet quēadmodū vidiſtis eū aſcēden
tem in celū all'a. **Secr.** Sacrifi-
cium tibi dn̄e p filij tui venera-
bili aſcenſione ſupplices deferi
mus precātes: ut et nos p ipſum
his cōmercijs ſacroſanctis ad
celeſtia ſurgamus. Per. **Cōio**
Pater cū eſſem cū eis ego ſeruabā
eos quos dediſti mihi all'a. nūc aūt
ad te venio nō rogo ut tollas eos de
mūdo ſed ut ſerues eos a malo all'a
Tribue q̄ſ dn̄e: ut p **Cōpl.**
hec ſancta que ſumpſimꝰ illuc
tendat nr̄e deuotiōis affectus
quo tecū eſt noſtra ſubſtātia:
dn̄s nr̄ ihs xp̄s filiꝰ tuus. Qui.

In die aſcenſionis Introitus

Viri galilei qđ ad-
miramini aſpiciē-
tes in celum all'a.
quēadmodū vidi-
ſtis eū aſcendentē
in celū ita veniet all'a all'a alleluia.
Ps̄. Omēs gētes plaudite manibꝰ
iubilate deo ī voce exultatōis. **Oro**
Concede q̄s oīp̄s deus: ut
q̄ hodierna die unigeni
tū tuū redēptorē noſtrū ad ce-
los aſcēdiſſe credimꝰ: ipſi quo-
qꝫ mēte in celeſtibꝰ habitemꝰ.
Per eūdē. **Lcō actuū apl'oꝝ. j.**
Primū quidē ſermonem
feci de oībus o theophi-

le:q̄ cepit ihs facere ⁊ docere:vſ
qꝫ in diē qua p̄cipiens apl'is ꝑ
ſpiū ſctm̄: q̊s elegit: aſſumpt⁹
eſt. Quib⁹ ⁊ p̄buit ſeipm̄ viuū
poſt paſſionē ſuā in multis ar
gumentis: ꝑ dies quadragin-
ta apparēs eis: ⁊ loquens de re
gno dei. Et cōueſcens precepit
eis ab hieroſolymis ne diſcede
rent: ſed expectarēt ꝓmiſſionē
p̄ris: quā audiſtis inquit ꝑ os
meum. Quia iohēs quidē ba
ptiſauit aqua: vos autē bapti
ſabimini ſpūſctō nō poſt mul-
tos hos dies. Igit̄ qui cōuene-
rāt interrogabāt eum dicētes
Dn̄e: ſi in t̄pe hoc reſtitues re-
gnū iſrl'. Dixit aūt eis. Nō eſt
vr̄m noſſe t̄pa vel momenta: q̄
p̄r poſuit in ſua poteſtate: ſed
accipietis virtutē ſupuenientis
ſpūſſancti in vos: et eritis mi-
hi teſtes in hirl'm ⁊ in omni iu
dea et ſamaria: ⁊ vſqꝫ ad vlti-
mū terre. Et cū hec dixiſſet: vi-
dentib⁹ illis eleuatus eſt: ⁊ nu
bes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ.
Cumqꝫ intuerent̄ in celū euntē
illū: ecce duo viri aſtiterunt iu
xta illos in veſtib⁹ albis: qui ⁊
dixerūt. Viri galilei qd̄ ſtat̄

aſpiciētes in celū. Hic ihs qui
aſſumptus eſt a vobis in celū
ſic veniet quēadmodū vidiſt̄
eū euntē in celū. Alla. v̄. Aſcē-
dit deus in iubilatōne: ⁊ dn̄s ī voce
tube. Alla. v̄. Dn̄s in ſyna in ſan
cto aſcēdens in altum captiuam du
xit captiuitatem. Proſa.
Rex omīpotens die hodierna
Mundo triūphali redempto potē
tia. Rector aſcēdit celos: vnde de
ſcēderat. Nam quadraginta poſt-
q̄ ſurrexerat. Diebus ſacris cōfir
mans pectora. Apl'oꝝ pac̄ chara
relinquēs oſcula. Quibus ⁊ dedit
ptātem laxandi crimina. Et miſit
eos binos in mundū baptiſare cun
ctas aīas. In p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſctī
clemētia Et cōueſcēs p̄cepit eis ab
hieroſolimis. Ne abirēt: ſed expe
ctarent ꝓmiſſa munera. Non poſt
multos eū dies mittā vob̄ ſpiritū
paraclitū in terris. Et eritis mihi
teſtes in hierl'm iudea ſiue ſamaria.
Et cū hec dixiſſet videntibus illis
eleuatus eſt: ⁊ nubes clara. Suſce
pit eū ab eoꝝ oculis: intuentibus il
lis aera. Ecce ſtetere amicti duo vi
ri in veſte alba. Iuxta dicentes qd̄
admiramini celoꝝ alta. Ieſus eū
hic q̄ aſſumptus eſt a vobis ab p̄ris

dexterā. Ut aſcēdit ita veniet que
rens talēti commiſſi lucra. O deꝰ
maris poli arui hoīez ꝗ creaſti: quez
fraude ſubdola. Hoſtis expulit pa
radiſo et captiuatū ſecum traxit ad
tharthara. Sanguine ꝓprio rede-
miſti nos deo. Illic ⁊ reuehis vn-
de primꝰ corruit paradiſicola. Iu
dex dū veneris iudicare ſeculū da no
bis quēs ſempiternā requiē in ſctōꝝ
patria. In qua tibi canamꝰ all'a.

In illo S. Marcum. xvj
tpe. Recūbētibus unde-
cim diſcipl'is apparuit illis ie-
ſus: ⁊ exprobrauit icredulitatē
illoꝝ ⁊ duricias cordis: ꝗa his
qui viderāt euz reſurrexiſſe nō
crediderūt. Et dixit eiſ. Eūtes
in mundū uniuerſum ꝑdicate
euangeliū oī creature. Qui cre
diderit ⁊ baptiſatꝰ fuerit: ſal-
uus erit. q̄ vo nō crediderit cō
dennabiſ. Signa aūt eos qui
crediderint hec ſequentur. In
noīe meo demonia eijciēt: lin-
guis loquenſ nouis: ſerpentes
tollēt. Et ſi mortiferū q̄d bibe-
rint: non eos nocebit. Super
egros manꝰ imponēt: ⁊ bñ ha-
bebunt. Et dñs q̄dē ihs poſtq̄
locutꝰ eſt eis: aſſumptus eſt in
celū et ſedet a dextris dei. Illi
autē ꝓfecti ꝑdicauerunt vbiqꝫ
dño cooperāte ⁊ ſermonē cōfir
māte ſequētibꝰ ſignis. Offer.
Aſcēdit deꝰ in iubilatiōe ⁊ dñs in
voce tube all'a. Secre. Suſcipe
q̄s dñe mūera q̄ ꝓ filij tui glo-
rioſa aſcēſione deferimus: ⁊ cō
cede ꝓpiciꝰ: vt a p̄ſentibꝰ peri-
culis liberemur: ⁊ ad vitā ꝑue-
niamꝰ eternā. Per eūdē. P̄fatio
Qui poſt reſurrectionē ſuaz. Et dr̄
hec prefatio vſqꝫ ad vigiliam
pentch. ſingulis diebus: niſi fe-
ſtū occurrerit ꝓpriaz habēs p̄-
fationē. Cōmunicātes. habet
ꝓpriū. ⁊ ſoluz hodie dr̄. Com.
Pſallite dño q̄ aſcēdit ſup celos ce
loꝝ ad orientez all'a. Cōpl. Pre
ſta nob q̄s oīps ⁊ miſericors de
us: vt q̄ viſibilibꝰ myſterijs ſu
mēdo ꝑcepimꝰ: inuiſibili cōſe-
quamur effectu. P. Feria. vj.
L. e. b. pauli apl'i ad epheſ. iiij

FRēs. Vnicuiqꝫ nr̄m da-
ta eſt gr̄a ſcḋm meſurā do
natōis xp̄i. Propt q̄d dic. Aſcē
dēs i altū captiuā duxit capti-
uitatē: dedit dona hoibꝰ. Qꝫ
aūt aſcēdit q̄d ē: niſi q̄r ⁊ deſcē-
dit p̄mū in iferiores ꝑtes terre.

Qui deſcēdit: ipſe eſt ⁊ qui aſcē
dit ſup oīũs celos: vt adimple
ret oīa. Et ipſe dedit quoſdã
quidē apl'os: quoſdã aũt pro-
phetas: alios vo euãgeliſtas:
alios aũt paſtores ⁊ doctores
ad ↄſũmationē ſctõꝝ in opus
miniſterij: in edificationē cor-
poris xp̄i: donec occurramus
oēs in vnitatē fidei ⁊ agnitio-
nis filij dei: in virũ pfectum: in
mēſurã etat' plenitudinis xp̄i

In illo tē- S. Lucã. xxiiij.
pore. Dixit ih̄s diſcipu-
lis ſuis. Ego mittã pmiſſum
pr̄is mei i vos Vos aũt ſedete
in ciuitate q̄aduſq3 induami-
ni virtute ex alto. Eduxit aũt
eos foras in bethaniã: ⁊ eleua-
tis manibus ſuis bñdixit eis.
Et factũ eſt dũ bñdiceret illis:
receſſit ab eis: ⁊ ferebat in celũ
Et ipſi adorãtes regreſſi ſũt in
hierl'm cũ gaudio magno. Et
erãt ſemp in tēplo laudantes ⁊
bñdicētes deũ.

De oībus ſctis infra octauã aſcēſionis. Oro.

Conſerua dñe ſperantes
in te: et pfice voluntatē
tuã in nobis: vt clarificati leti
cia aſcenſionis dñi nr̄i ieſu xp̄i
mereamur a dextris tuis cum
oībus ſctis delectari. P. Secr.

Da nobis q̄s dñe ſemp p hec
myſteria gratulari: et interce-
dēte beata dei genitrice virgi-
ne maria cuꝫ oībus ſctis tuis.
cõcede ppicius: vt cõtinua no
ſtre redemptionis opatio ppe
tue nob fiat cauſe leticie. Per
eundē. Cõpl. Da nobis q̄s
dñe deus nr̄: vt qui glorioſam
aſcenſionē dñi nr̄i ieſu xp̄i filij
tui celebramus: meritis ſancte
eiuſdē dei genitricis et v̄ginis
marie ⁊ oīm ſctõꝝ tuorũ deuo
ti ſemp i tua laude viuam'. P.

Dñica poſt aſcēſionē dñi Int

Exaudi dñe vocem meã qua
clamaui ad te all'a: tibi dixit
cor meũ queſiui vultũ tuũ vultũ tuũ
dñe requirã ne auertas faciē tuam a
me all'a all'a. Ps. Dñs illumīatio
mea ⁊ ſal' mea quē timebo. Oro.

Omp̄s ſempiterne de': fac
nos tibi ſemp et deuotã
gerere voluntatē: et maieſtati
tue ſincero corde ſeruire. Per.

Lcõ e. be. petri apl'i. prime. iiij.

Chariſſimi. Eſtote prudē
tes et vigilate in orõni-
bus. Ante oīa aũt mutuã i vo

biſmetipſis charitatē ꝯtinuaʒ
habētes: quia charitas operit
multitudineʒ pctōꝝ. Hoſpita-
les inuicē ſine murmuratione.
Vnuſquiſqʒ ſicut accepit gratiā
in alterutrū illā adminiſtran
tes: ſic boni diſpēſatores mul-
tiformis grē dei. Si quis loquitᷣ
quaſi ſermones dei. Si quis mi-
niſtrat tanq̄ ex ṽtute quā ad-
miniſtrat deus: vt ī oībus ho-
norificetᷣ de⁹ ꝑ ieſum xp̄m dn̄m
nr̄m. Alla. ṽ. Dn̄s in ſyna ī ſctō
aſcēdens in altū captiuā duxit capti
uitatē. Alla. ṽ. Aſcendo ad patrē
meū ⁊ prēʒ vr̄m deū meū ⁊ deū vr̄m

Proſa. Rex omp̄s. vel ſ. Vel hec

Summi triumphū regis ꝓſe-
quamur laude. Qui celi q̄
tre regit ſceptra inferni iure domito
Qui ſeſe ꝓ nobis redimēdis ꝓ ma
gnū dedit p̄ciū. Huic nomē extat
ꝯueniēs ꝓditū. Naʒ trāſiliuit oēs
ſtrennue mōtes: colliculoſqʒ bethel.
Saltū de celo dedit in virginalem
ventrē inde in pelag⁹ ſeculi. Poſt-
q̄ illud ſuo mitigauit potentatu te-
tras flegetontis aſſiliit tenebras.
Principis illius diſturbato impe
rio. Maniplis plurimis inde eru
tis mūdū illuſtrat ſuo iubare. Ca
ptiuitateq̄ʒ decētā inibi victor duxit
ſecū. Et rediuiuū iam ſuis ſe p̄bu-
it ſeruis ⁊ amicis. Deniqʒ ſaltū de
derat hodie maximū nubes poloſqʒ
curſu ꝓpeti trāſuolās. Celebret er
go ppl's huic diē credul⁹ cuius mor
bida ꝓditū corpa in ſemetipſo altis
ſedibus celo inſerit dei filius. Et
tremens iudicē expectet affuturū vt
duo angeli frēs docuerūt Qui ih's
a vobis aſſumptus eſt in celū iterū
veniet vt vidiſtis eū. Iam ꝓditum
nr̄m vocib⁹ ſedulis oēs imploremꝰ.
Vt a dextris prīs q̄ ſedet ſpm̄ mit
tat nob ſctm̄. In fine ſeculi ipſe q̄ʒ
ſp ſit nobiſcū. S. Joh. xv. ⁊. xvi.

In illo tpe. Dixit ih's di-
ſcipulis ſuis. Cū venerit
paraclitus quē ego mittā vob
a prē ſpm̄ veritatis: q̄ a prē p-
cedit: ille teſtimoniū ꝑhibebit
de me. Et vos teſtimoniū ꝑhi
bebitis: q̄a ab initio mecū eſt.
Hec locut⁹ ſuʒ vobis: vt nō ſcā
daliſemini. Abſqʒ ſynagogis
facient vos Sed venit hora vt
oīs q̄ interficit vos arbitretur
obſequiū ſe p̄ſtare deo. Et hec
facient vob: quia nō nouerūt
patrē neqʒ me. Sed hec locut⁹
ſuʒ vob: vt cū venerit hora eoꝝ

reminiſcamini.q̄a ego dixi vo
bis. Offer. Aſcēdit de⁹ in iubila
tione ⁊ dn̄s in voce tube all'a. Secr.
Sacrificia nos dn̄e īmacula-
ta purificēt: ⁊ mētib⁹ nr̄is ſup-
ne grē dent vigorē. Per. Com.
Pater cū eſſem cū eis ego ſeruabā
eos q̄s dediſti mihi all'a: nūc ad te ve
nio nō rogo vt tollas eos de mūdo.
ſ; vt ſerues eos a malo all'a. Cōpl.
Repleti dn̄e munerib⁹ ſacris
da q̄s: vt in grārū actiōe ſemp
maneamus. P. Feria. iiij. Ad
Frēs. Vide. Hebreos. ij.
Fr'es... mus ieſum ꝓpter paſſio
nem mortis gloria ⁊ honore co
ronatū: vt grā dei ꝓ oībus gu
ſtaret mortē Decebat eīn eū ꝓ
pter quē oīa: ⁊ ꝑ quē oīa: q̄ mul
tos filios ī gl'iā adduxerat: au
ctorē ſalut' eoꝝ ꝑ paſſionē ↄſū
mare. Qui eīn ſctificat ⁊ q̄ ſcti-
ficanť ex vno oēs. Propť quaꝫ
cauſā non ↄfundiť frēs vocare
eos dicēs. Nūciabo nomē tuū
fratrib⁹ meis: in medio eccl'ie
laudabo te. Et iterū. Ego ero
ↄfidēs in eū. Et iterū. Ecce ego
⁊ pueri mei q̄s dedit mihi de⁹.
Quia ergo pueri cōmunicaue
rūt carni ⁊ ſāguini. Et ipſe ſiľr
participauit eiſdē: vt ꝑ mortē
deſtrueret eū q̄ habebat mort'
imperiū: id eſt diabolū: ⁊ libe-
raret eos q̄ timore mortis ꝑ to
tā vitā obnoxij erāt ſeruituti.
Nuſq̄ eīn angelos app̄rehēdit
ſed ſemē abrae app̄hēdit. Vn-
de debuit ꝑ oīa fratrib⁹ ſimila
ri: vt miſericors fieret: ⁊ fidelis
pōtifex ad deuꝫ: vt repꝓpiciaret
delicta ꝑp̄li. In eo eīn in q̄ paſ
ſus eſt: ipſe et tētatus eſt. potēs
eſt ⁊ eis q̄ tētanť auxiliari Vn-
de frēs ſancti vocatōis celeſtis
participes cōſiderate apl'm et
pontificē cōfeſſionis nr̄e ieſum
xp̄m dn̄m nr̄m. S. Johem. xv
In illo tpe. Dixit ih̄s di-
ſcipulis ſuis. Si māſeri-
tis in me: et verba mea in vob
manſerint: q̄cūq; volueritis
petetis: ⁊ fiet vob In hoc clari
ficatus eſt pr̄ meus: vt fructuꝫ
plurimū afferatis: ⁊ efficiami
ni mei diſcipuli. Sicut dilexit
me pr̄: ⁊ ego dilexi vos. Mane
te in dilectōe mea. Si precepta
mea ſeruaueritis: manebitis ī
dilectione mea: ſicut ⁊ ego pre
cepta pr̄is mei ſeruaui: et ma-
neo in ei⁹ dilectōne. Hec locut⁹

ſum vob͛ ut gaudiũ meũ in vo
bis ſit:⁊ gaudiũ vr̄m impleat̄.
In octaua aſcenſionis ut ipſo
die aſcēſionis oīa fiant. Feria
ſexta poſt octauā aſcenſionis
oīa fiāt ut in die dñico ꝓceden
ti. ꝑter epl̄am ⁊ euāgeliũ. Lctō
beati Johānis. j. cap̄. j.
Chariſſimi. Qđ fuit ab
inicio: qđ audiuimꝰ: qđ vidi-
mus oculis nr̄is: qđ ꝑſpeximꝰ
⁊ manus nr̄e cōtrectauerūt de
verbo vite:⁊vita manifeſtata
eſt. ⁊ vidimus ⁊ teſtamur ⁊ an
nūciamus vobis vitaꝫ eternā
que erat apud patrē:⁊ apparu
it nobis. Qđ vidimus ⁊ audi
uimus annūciamus vobis: ut
⁊ vos ſocietatē habeatis nobi-
ſcuꝫ:⁊ ſocietas nr̄a ſit cū pr̄e et
cū filio eiꝰ ieſu xp̄o. Et hec ſcri-
bimꝰ vob͛ ut gaudeatis: ⁊ gau
diū vr̄m ſit plenuꝫ. in xp̄o ieſu
dño nr̄o. S. Johem. vij
In illo tempore. In no-
uiſſimo die magno feſtiuitat̄
ſtabat ih̄s ⁊ clamabat dicens
Si qs ſitit: veniat ad me et bi-
bat. Qui credit in me: ſicut di
cit ſcrip̄tura: flumina de ventre
eius fluent aque viue. Hoc aūt
dixit de ſpiritu: quē accepturi
erāt credētes in eū Nondū eīn
erat ſpūs datus: qꝛ ih̄s nōduꝫ
erat glorificatus. In vigilia
pentē. leguntꝰ ꝓphetie ſine titu
lis. et ꝑmo legit̄ ꝑma lectio de
abraam in libro geneſis. xxij.
Tentaabſqꝫ ſalutatōe.
uit deꝰ abraā ⁊ dixit ad
eū. Abraā: abraā At ille rn̄dit
Aſſuꝫ. Ait illi. Tolle filiū tuū
vnigenitū quē diligis yſaac:⁊
vade in terrā viſionis atqꝫ of
feres eū ibi in holocauſtū ſuꝑ
vnū montiū quē mōſtrauero
tibi. Igitꝰ abraā de nocte ꝯſur
gēs ſtrauit aſinū ſuū: ducēs ſe
cū duos iuuenes ⁊ yſaac filiuꝫ
ſuū. Cūqꝫ cōcidiſſet ligna i ho
locauſtū: abijt in locū quē ꝑce
perat ei deꝰ. Die aūt tercio ele
uatis oculis: vidit locuꝫ ꝓcul.
Dixitqꝫ ad pueros ſuos Expe
ctate hic cū aſino: ego ⁊ puer il
luc vſqꝫ ꝑperātes. poſtꝙ ado
rauerimꝰ: reuertemur ad vos.
Tulit qꝫ ligna holocauſti:⁊ i-
poſuit ſuꝑ yſaac filiū ſuū Ipſe
ůo portabat in manibꝰ ignē ⁊
gladiū Cūqꝫ duo ꝑgerēt ſil̄: di
xit yſaac pr̄i ſuo Pater mi At

ille rñdit. Quid vis fili? Ecce
inquit ignis ⁊ ligna: vbi eſt vi
ctima holocauſti? Dixit abra
am. Deus ꝓuidebit ſibi victi
mā holocauſti fili mi. Perge-
bant ergo pariter: veneruntqꝫ
ad locū quē oſtēderat ei deus.
in q̊ edificauit altare: et deſup
ligna cōpoſuit. Cūqꝫ colligaſ
ſet yſaac filiū ſuū: poſuit eū in
altari ſup ſtruē lignorū: exten
ditqꝫ manū ⁊ arripuit gladiū
vt immolaret filiū ſuū. Et ecce
angelus dñi de celo clamauit
dicēs: Abraā: abraā? Qui rñ-
dit. Aſſuꝫ. Dixitqꝫ ei. Ne extē
das manū tuā ſup puerꝫ: neqꝫ
facias illi q̃cq̃. Nunc cognoui
ꝙ timeas deū: ⁊ nō pepciſti fi-
lio tuo vnigenito propter me.
Leuauit abraā oclos: viditqꝫ
poſt tergū arietē inť vepres he-
rentē cornib⁹ Quē aſſumēs ob
tulit holocauſtū ꝑ filio. Appel
lauitqꝫ nomē loci illi⁹: dñs vi-
det. Vnde vſqꝫ hodie dŕ i mō-
te dñs videbit. Vocauit autē
angelus dñi abraā ſcđo de ce-
lo dicēs. Per memetipſū iura
ui dicit dñs: q̃a feciſti rem hāc
⁊ nō pepciſti filio tuo vnigeni-
to ꝓpť me: bñdicā tibi: ⁊ multi
plicabo ſemen tuū ſicut ſtellas
celi: ⁊ velut arenā que eſt ī lito-
re maris. Poſſidebit ſemen tu
um portas inimicorū ſuoꝝ Et
bñdicenť in ſemine tuo oēs gē-
tes terre: q̃a obediſti voci mee.
Reůſuſqꝫ ē abraaꝫ ad pueros
ſuos: abieruntqꝫ berſabee ſiľ
et habitauit ibi. Hac ꝓphetia
finita nō caniť tract⁹. Sꝫ p̄ſbr
q̄ eſt celebratur⁹ indut⁹ cappa
⁊ alba cū miniſtris indutis al-
bo apparatu ſtās ad altare ſb
iūgit. Oremus. Flec. ge. nō dŕ
Deus ſed ſubſequēs orō.
qui ī abrae famuli tui ope
hūano generi obediētie exem-
pla p̄buiſti: ꝯcede nobis ⁊ nr̃e
volūtatis prauitatē frāgere: et
tuoꝝ p̄ceptoꝝ rectitudinē in oi
bus adimplere. P. Lcō. ij. ſine
titulo pnūcieť. Deutero. xxxi.
Scripſit moyſes canticū
⁊ docuit filios iſrľ: prece
pitqꝫ dñs ioſue filio nun: ⁊ ait
Cōfortare ⁊ eſto robuſtus Tu
eīm introduces filios iſrľ in ter
rā quā pollicit⁹ ſum: ⁊ ego ero
tecū. Poſtq̃ ergo ſcripſit moy
ſes v̄ba legis hui⁹ in volumine

atqȝ compleuit: p̄cepit leuitis
q̄ portabant archā federis dn̄i
dicens. Tollite libr̄ū iſtū: ⁊ po
nite illū in latere arche federis
dn̄i dei nr̄i: vt ſit ibi ɔtra te i te
ſtimoniū. Ego eīn ſcio ɔtētio-
nē tuā: ⁊ ceruicē tuā duriſſimā
Adhuc viuēte me: ⁊ ingrediēte
vobiſcū: ſemꝑ cōtētioſe egiſtis
ɔtra dn̄m: q̄ tomagis cū mor-
tuus fuero. Cōgregate ad me
oēs maiores natu ꝑ trib⁹ vr̄as
atqȝ ſacerdotes: ⁊ loquar au-
diētib⁹ eis ſmones iſtos: ⁊ in-
uocabo ɔtra eos celū et terraȝ.
Noui eīn q̄ poſt mortem meā
inique agetis: ⁊ declinabit̄ ci
to de via quā p̄cepi vobis: ⁊ oc
currēt vob mala i extremo t̄pe
qn̄ feceritis malū in conſpectu
dn̄i: vt irritetis eū ꝑ opera ma
nuū vr̄aȝ. Locut⁹ ē ergo moy-
ſes audiente uniuerſo cetu fili
orū iſrl̄ verba carminis hui⁹: ⁊
ad finē vſqȝ cōpleuit. Tract⁹.
Attēde celū ⁊ loq̄r ⁊ audiat t̄ra v̄-
ba ex ore meo. V. Expectet̄ ſicut plu-
uia eloquiū meū: ⁊ deſcēdāt ſicut ros
v̄ba mea q̄ſi ymber ſup gramīa. V.
Et ſic nix ſup fenū q: nomē dn̄i inuo
cabo. V. Date magnificētiā deo nr̄o

deus vera opatio ei⁹: ⁊ oēs vie ei⁹ iu
dicia. V. Deus fidelis in q̄ nō eſt ini
quitas iuſtus ⁊ ſanct⁹ dn̄s. Oro.
Deus qui nob ꝑ ꝓphetarū
ora p̄cepiſti t̄palia relin
quere: atqȝ ad et̄na feſtinare.
da nob famulis tuis: vt q̄ a te
iuſſa cognouim⁹: implere cele-
ſti inſpiratōe citi⁹ valeamus.
Lctō. iij. ſine titulo legat̄. yſaie
Apphēdēt ſeptē muli- iiij
eres viꝝ vnū i illa die di
cētes. Panē nr̄m comedem⁹: ⁊
veſtimētis nr̄is opiemur. tm̄-
modo inuocet̄ nomē tuū ſup
nos: aufer opprobriū nr̄m. In
die illa erit germen dn̄i in ma
gnificētia ⁊ in glīa: ⁊ fruct⁹ t̄re
ſublimis ⁊ exultatio his q̄ ſalua
ti fuerit de iſrl̄. Et erit: oīs q̄ re
lict⁹ fuerit i ſyō ⁊ reſidu⁹ i irl̄m
ſctūs vocabit̄: oīs q̄ ſcript⁹ eſt
in vita in hierl̄m. Si abluerit
dn̄s ſordē filiaꝝ ſyō: ⁊ ſāguinē
in irl̄m lauerit de medio ei⁹ in
ſpū iudicij ⁊ ſpū ardor̄. Et cre
auit dn̄s ſup oēm locū mont̄
ſyō. ⁊ vbi inuocat⁹ ē: nubē ꝑ diē
⁊ fumū ⁊ ſplēdorē ignis flāmā
tis i nocte Sup oēm eīm gloriā
ꝓtectio et tabernaculū erit in

vmbraculū diei ab eſtu:⁊ in ſe
curitatē ⁊ abſconſionē a turbi
ne et a pluuia. Tract. Vinea
facta eſt dilecto in cornu in loco vbe
ri. ℣. Et maceria circūdedi ⁊ circūfo
di:⁊ plātaui vineā ſoreth:⁊ edificaui
turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular
fodi in ea:vinea enī dn̄i ſabaoth do=
DEus q̄ nos Orō. m⁹ iſrl' ē
ad celebrandū p̄ſentē fe=
ſtiuitatē vtriuſq₃ teſtamēti pa
ginis inſtruis. da nob̄ intelli=
gere miſcdias tuā:vt ex percepti
one p̄ſentiū munerū firma ſit
expectatio futurorꝫ. P. Lectio
iiij. ſine titulo pronunciat̄. Ba=
AVdi iſrl' māda ruch. iij
ta vite: aurib⁹ percipe: vt
ſcias prudētiā. Quid eſt iſrl' q̄
in t̄ra inimicorꝫ es? Inuetera=
ſti in terra aliena. Coinquina
tus es cum mortuis. Deputa=
tus es cum his q̄ ſūt in inferno
Dereliqſti fontē ſapiētie. Na₃
ſi i via dei ābulaſſes: habitaſ=
ſes vtiq₃ in pace ſup terrā. Di
ſce vbi ſit ſapiētia:vbi ſit v̊tus
vbi ſit prudentia:vbi ſit intel=
lect⁹ vt ſcias ſil' vbi ſit lōgitur=
nitas vite et victus:vbi ſit lu=
mē oculorꝫ ⁊ pax. Quis iuenit
locū ei⁹:⁊ q̄s introiuit ī theſau
ros ei⁹? Vbi ſunt p̄ncipes gen
tiū:et q̄ dn̄antur ſup beſtias q̄
ſunt ī terra? Qui ī auib⁹ celi lu
dūt:q̄ argentū theſauriſant:et
aurū in q̄ ↄfidūt hoīes: et nō ē
finis poſſeſſionis eorꝫ. Qui ar
gētū fabricāt et ſoliciti ſūt: nec
eſt inuētio operū illorū₃. Et tn̄
exterminati ſūt:⁊ ad īferos de
ſcēderūt:⁊ alij ī locū eorꝫ ſurre=
xerūt. Iuuenes viderūt lumē:⁊
habitauerūt ſup terrā Viā au
tē diſcipline neſcierūt:neq₃ in=
tellexerūt ſemitas ei⁹:neq₃ ſuſ=
ceperūt eā filij eorꝫ. a facie eorū
longe facta eſt. Nō ē audita in
chanaan:neq₃ viſa ē ī theman
Filij q̄₃ agar q̄ exquiſierūt pru
dētiā q̄ de terra ē:negociatores
terre:⁊ theman et fabulatores
⁊ exq̄ſitores prudentie ⁊ intelli
gētie Viā aūt ſapiētie neſcierūt
neq₃ meminerūt ſemitarꝫ eius
O iſrl' q̄ magna dom⁹ dei:⁊ in
gens loc⁹ poſſeſſionis ei⁹. Ma
gn⁹:⁊ nō habēs ↄſūmationē₃:
excelſus ⁊ immēſus. Ibi fuerūt
gygantes noīati:illi q̄ ab ini=
tio fuerūt ſtatura magna ſcie
tes bellū₃. Non hos elegit dn̄s

neq; viã diſcipline inuenerũt
ꝓpterea perierũt Et quũ nõ ha-
buerũt ſapiẽtiã: interierũt ꝓpt
ſuã inſipiẽtiã. Quis aſcẽdit i ce-
los: ⁊ accepit eã et eduxit eã de
nubibus? Quis trãſfretauit
mare ⁊ inuenit eã: ⁊ attulit eã
ſuꝑ aurũ electũ? Nõ ẽ q poſſit
ſcire vias eius: neq; q exquirat ſe-
mitas eius. Sed q ſcit vniuerſa
nouit illã: ⁊ adinuenit eã pru-
dentia ſua Qui ꝑfecit terrã in
ſempiterno tꝑe. ⁊ adimpleuit
eam pecudibus ⁊ quadrupedi-
bus. Qui emittit lumẽ ⁊ vadit
⁊ vocauit illud et obedit illi in
tremore. Stelle autem dederũt
lumẽ in cuſtodijs ſuis ⁊ letate
ſunt. Vocate ſunt: et dixerũt:
Adſumus. Et luxerũt ei cũ iocũ-
ditate q fecit illas. Hic eſt deus
nr: et nõ eſtimabitur alius ad il-
lũ. Hic adinuenit oẽm vias di-
ſcipline: ⁊ dedit illã iacob pue-
ro ſuo: et iſrl dilecto ſuo. Poſt
hec ſuꝑ terrã viſus eſt: ⁊ cũ hoĩ-
bus cõuerſatus eſt. Tractus poſt
hãc ꝓphetiã nõ canitur: ſed pſbr
ſubiũgit. Oremus. Oratio.
Deus incõmutabilis vir-
tus ⁊ lumen eternũ. reſpice ꝓ-
picius ad totius eccleſie mira-
bile ſacramentũ: ⁊ da famulis
tuis: vt hoc qđ deuote agimus:
etiã rectitudine vite teneamus.
Per. Tractus. Sicut ceruus deſi.
vide i vigilia paſce ſ. Oratio.
Concede q̃s oĩps deus: vt
qui ſolẽnitatẽ doni ſpũs
ſcti recolimus celeſtibus deſiderijs
accẽſi fontem vite ſitiamus. Dñm
nrm ihm xpm filium tuũ. Qui.
Finitis lectionibus deſcẽdant
pſbri ad fontem cum letania.
Rex ſanctorũ an Hymnus.
gelorũ. Totũ mũdũ adiuua.
Chorus. Rex ſctorũ. Ora primũ
tu pro nobis vgo mater germinis ⁊
miniſtri pris ſũmi ordines angelici
Supplicate xpo regi cetus apoſto-
lici: ſupplicetq; ꝑ magnorũ ſanguis
fuſus martyrũ. Implorate confeſ-
ſores ꝯſonẽtq; virgines q donet ma-
gne nobis tps indulgẽtie. Omẽs
ſancti atq; iuſti vos p̃camur cernui
vt purget omne crimen vrõ ſub ora-
mine. Huius xpe rector alme ple-
bis vota ſuſcipe qui plaſmaſti ꝓtho-
plaſtũ ⁊ genus gignentiũ. Mitte
ſanctũ nunc amborũ ſpm paraclitũ
in hãc plebẽ quã recẽtem fons baptiſ-
mi parturit. Hac interna fontis

huius ſacratū myſteriū: qui ꝓfluxit
cū cruore ſacro xp̄i corpe. Ut letet
mater ſancta tota nūc eccleſia: ex p-
fectu renaſcētis tante multitudinis
Preſta pr̄is atq; nati cōpar ſancte
ſpūs ut te ſolū semꝑ oī diligam' tpe
Deinde ꝓſequat circa benedi
ctionez aque p̄ſbr eo modo ut
in vigilia paſce ſupra eſt ſigna
tū. Reuertēte aūt a fonte p̄ſby
tero. tūc dicat cātor alta voce.
Kyriel. Deinde oībus accēſis
luminib' pcedat p̄ſbr in orna
tu ad altare dei ⁊ p̄miſſa ꝯfeſ-
ſiōe dicat. Gloria in ex. Et ſic ꝑ-
agat miſſa cū All'a. ⁊ tractu or
dine ſuo ſicut in ſacramētario
cōtinet Ordo ad miſſaz Orō.
PReſta q̄s oīps de': ut cla
ritatis tue ſup nos ſplē-
dor effulgeat: ⁊ lux tue luc' cor
da eoꝝ qui p gratiā tuā renati
ſunt ſcti ſpūs illuſtratōe confir
met. Per. eiuſdē. Lcō Actuuz
IN dieb' illis. ap lor. xix
Factuz eſt cum apollo
eſſet corinthi. ⁊ paulus ꝑagra
tis ſupioribus partibus veni-
ret epheſum: ⁊ inueniret quoſ-
dā diſcipulos dixit ad eos. Si
ſpm̄ ſctm̄ accepiſtis credētes?
At illi dixerūt ad eū. Sz neq;
ſi ſpūſſctūs eſt audiuim'. Ille
v̄o ait. In quo ergo baptiſati
eſtis? Qui dixert. In iohis ba
ptiſmate. Dixit autē paulus.
Johes baptiſauit baptiſmo
penitētie pplm: dicens. in eū q
venturus eſt poſt ip̄m ut crede
rēt: hoc eſt in ihm. His audit'
baptiſati ſūt i noīe dn̄i ieſu. Et
cū ipoſuiſſet illis man' paul'
venit ſpūſſctūs ſup eos: ⁊ loq̄-
bant linguis et pphetabant.
Erāt aūt oēs viri fere duodeci
Introgreſſus autē ſynagogā
cum fiducia loquebat per tres
mēſes diſputās ⁊ ſuadēs de re
gno dei Alla. v̄. Cōfitemini dn̄o
qm̄ bonus qm̄ in ſeculū miſcdia ei'
Laudate dn̄m oēs gētes Tract.
⁊ collaudate eū oēs ppl'i. v̄. Qm̄ cō-
firmata ē ſup nos miſcdia eius: ⁊ ve
ritas dn̄i manet ineternū. S. Joh.
IN illo tpe. Dixit xiiii.
ieſus diſcipulis ſuis. Si
diligitis me mandata mea ſer
uate. Et ego rogabo patrem ⁊
aliū paraclitū dabit vobis ut
maneat vobiſcū ineternū: ſpi-
ritū veritatis quez mūdus nō
poteſt accipe: qa nō videt eum

nec ſcit eũ. Vos aũt cognoſce-
tis eũ: q2 apud vos manebit ⁊
in vob erit. Nõ relinquã vos or-
phanos: veniã ad vos. Adhuc
modicũ ⁊ mũdus iã me nõ vi-
det. Vos aũt videt' me: q2 ego
viuo ⁊ vos viuetis. In illa die
vos cognoſcetis: q2 ego ſum in
pr̃e meo: ⁊ vos in me ⁊ ego ĩ vo
bis. Qui habet mãdata mea
⁊ ſeruat ea: ille eſt q̃ diligit me
Qui autẽ diligit me. diliget a
pr̃e meo. Et ego diligã eum: ⁊
manifeſtabo ei meipſm̃. Credo
nõ dr̃ Offer. Emitte ſpm̃ tuũ ⁊
creabunt: ⁊ renouabis faciẽ terre: ſit
gl'ia dñi in ſecl'a all'a. Secr. Vir-
tute ſcti ſpũs dñe munera nr̃a
ↄtinge: vt qd̃ ſolẽnitate p̄ſenti
tuo nomini dedicam⁹: ⁊ intel-
ligibile nob̃ facias ⁊ eternum.
P. eiuſdẽ. Prefatio. Qui aſcẽ-
dens ſup oẽs celos ſedẽſq3 ad dexte-
rã tuã p̄miſſum ſpm̃ſctm̃ hodierna
die in filios adoptõis effudit. Qua-
propter p̄fuſis gaudijs tot⁹ in orbe
terraꝝ mũdus exultat. Sed ⁊ ſup-
ne v̄tutes atq3 angelice p̄tãtes hym-
nũ gl'ie tue ↄcinũt ſine fine dicentes.
Infra actionẽ. Communican-
tes ⁊ diẽ ſacratiſſimũ penthe-
coſtes celebrantes q̃ ſpũſſctũs
apl'os plebẽq3 credentiũ p̄ſen-
tia ſue maieſtat' impleuit. Sʒ
⁊ me. Hanc igit̃ oblationẽ ſer
uitutis noſtre: ſed ⁊ cũcte fami
lie tue quas tibi offerim⁹ p̄ his
quoq3 q̃s regenerare dignat⁹
es ex aqua et ſpũſctõ tribuens
eis remiſſionẽ oĩm peccatorũ
Qũs dñe. Com. Vltimo feſti
uitatis die dicebat iħs qui in me cre-
dit flumina de vẽtre eius fluẽt aque
viue: hoc autẽ dixit de ſpiritu quem
accepturi erãt credentes in eum all'a
all'a. Cõplẽ. Preſta qũs oɔ̃s
deus: vt ſpiritusſanctus adue-
niens maieſtatem filij tui no-
bis manifeſtando clarificet.
Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vni
tate eiuſdẽ ſpũſſancti de⁹. Per
Bñdicamus domino alleluia. In
die ſancto ad miſſam Intro.

Spirit⁹ dñi
repleuit or-
bẽ terraꝝ all'a
⁊ hoc qd̃ cõ-
tinet oĩa ſci
entiã habet
vocis allelu
ia all'a all'a. Ps. Cõfirma hoc deus
qd̃ operatus es ĩ nobis a templo ſctõ

tuo qđ eſt in hieruſalem. Oratio.
DEus q̄ hodierna die cor-
da fideliũ ſcti ſpũs illu-
ſtratiõe docuiſti: da nob̄ in eo-
dez ſpũ recta ſape: ⁊ de eius ſp
ↄſolatõe gaudere. Per d. eiuſ.
Lectio Actuũ apl'orũ. ij.
IN diebus illis. Dum cõ
plerent' dies pẽthecoſtes: erant
oẽs diſcipuli pariter in eodem
loco. Et factus eſt repẽte de ce-
lo ſon⁹: tãq̄ aduenıẽtis ſpirit⁹
vehemẽtis: ⁊ repleuit totã do-
mũ vbi erãt ſedentes. Et appa
ruerunt illis diſpartite lingue
tãq̄ ignis: ſeditq̄z ſupra ſingu
los eoꝝ. Et repleti ſunt oẽs ſpi
ritu ſctõ: ⁊ ceperunt loq̄ varijs
linguis: put ſpũſſanct⁹ dabat
eloqui illis. Erãt autẽ in ir'l'm
habitantes iudei viri religio-
ſi ex omni natõe q̄ ſub celo eſt.
Facta autẽ hac voce conuenit
multitudo: ⁊ mente cõfuſa eſt.
q̄m audiebat vnuſq̄ſq̄z lingua
ſua illos loquenteſ. Stupebãt
aũt oẽs et mirabant' dicentes.
Nonne ecce om̃s iſti q̄ loquunt'
galilei ſũt? Et quõ nos audi-
uim⁹ vnuſq̄ſq̄z linguã noſtraz
in q̄ nati ſum⁹? Parthi et me-
di ⁊ elamite: ⁊ q̄ habitãt meſo-
potamiã: iudeã ⁊ capadociaz:
pontũ et aſiã: phrigiã et pam-
philiã: egyptũ ⁊ partes libie q̄
eſt circa cyrenen: ⁊ aduene ro-
mani: iudei q̄z et pſeliti: cretes
⁊ arabes. Audiuim⁹ eos loq̄n
tes nr̃is linguis magnalia dei
Alla. V. Emitte ſpm̃ tuũ ⁊ creabũ
tur ⁊ renouabis faciẽ terre. Itẽ ali
ud. Alla. V. Veni ſctẽ ſpũs reple
tuorũ corda fideliũ: et tui amoris in
Sctis ignem accende. Proſa.
SAncti ſpũs aſſit nobis grã.
Que corda nr̃a ſibi faciat habita-
culũ Expulſis inde cũct' vicijs ſpi
ritalibus. Spũs alme illuſtrator
hoĩm. Horridas nr̃e mẽtis purga
tenebras. Amator ſctẽ ſenſatoruz
ſemp cogitatuuz. Infunde unctio
nẽ tuã clemẽs nr̃is ſenſib⁹ Tu pu
rificator oĩm flagiciorũ ſpũs. Pu
rifica nr̃i oculũ interior' hoĩs Vt
videri ſupremus genitor poſſit a no
bis. Mũdi cordis quẽ ſoli cernere
poſſũt oculi. Prophetas tu inſpi-
raſti ut p̄conia xp̄i p̄cinuiſſent ĩclita
Apl'os cõfortaſti ut hi tropheum
xp̄i p totũ mundũ veherẽt Quãdo
machinã p verbũ ſuum fecit deus ce
li terre marium. Tu ſuper aquas

fotar⁹ eas numẽ tuū expādiſti ſpūs
Tu aīabus viuificādis aq̄s fecun
das. Tu aſpirando das ſpiritales
eſſe hoīes. Tu diuiſum ꝑ linguas
mūdū ꝛ ritus adunaſti dn̄e. Idola
tras ad cultū dei reuocas magiſtro-
rū optime. Ergo nos ſupplicātes
tibi exaudi ꝓpicius ſctē ſpūs. Si-
ne q̊ p̄ces oēs caſſe credūt et indigne
dei auribus. Tu q̄ oīm ſeculoꝛus
ſctōs Tui numinis docuiſti inſtin
ctu amplectēdo ſpūs. Ipſe hodie
apl'os xp̄i. Donās mūere inſolito
ꝛ cūctis inaudito ſecl'is. Hunc diē
glorioſuꝫ feciſti. Sancti ſpūs aſſit
nobis gr̄a. S. Joh. xiiij.
In illo tp̄e. Dixit ih̄s di-
ſcipulis ſuis. Si q̄s diligit me
ſermonē meū ſeruabit. Et paf
meus diliget eum: ꝛ ad euꝫ ve-
niemus: ꝛ manſionē apud euꝫ
faciemus. Qui nō diligit me:
ſermones meos nō ſeruat. Et
ſermonē quem audiſtis nō eſt
meus: ſed eius q̄ miſit me p̄ris
Hec locutus ſum vobis: apud
vos manens: Paraclitus aūt
ſpūſſanctus queꝫ mittet pater
in nomīe meo: ille vos docebit
oīa: ꝛ ſuggeret vob̄ oīa quecū-
q̄ꝫ dixero vob̄. Pacē relinquo
vobis: pacē meā do vobis. Nō
quō mūdus dat ego do vobis
Nō turbetur coꝛ vr̄m: neq̄ꝫ foꝛ
midet. Audiſtiſ q̄a ego dixi vo
bis. Vado ꝛ venio ad vos. Si
diligeretiſ me gauderetiſ vtiq̄ꝫ.
q̄ꝛ vado ad patrē: q̄ꝛ p̄r maioꝛ
me eſt. Et nūc dixi vob̄ priuſq̄
fiat: vt cū factū fuerit credatiſ.
Jā nō multa loquar vobiſcū.
Venit eīn princeps mūdi hui⁹
et in me nō habet q̄cq̄. Sed vt
cognoſcat mundus: q̄ꝛ diligo
p̄reꝫ. ꝛ ſicut mādatū dedit mi
hi p̄r: ſic facio. Offer. Confir-
ma hoc deus qd̄ opatus es in nobis
a tēplo ſctō tuo qd̄ ē in hier'm tibi of
ferēt reges mūera all'. Secr. Mu
nera q̄s dn̄e oblata ſctifica: et
coꝛda nr̄a ſcti ſpūs illuſtratiōe
emūda. Per. eiuſdē. p̄fatio vt s̄
Qui aſcēdēs ſup. Cōicantes et
diē ſacratiſſimū penthecoſtes
celebrantes: quo ſpūſſanctus
apl'is innumeriſ linguis appa
ruit. Sed ꝛ. Hanc igit̄ oblatio
nē ſer. vt infra circa p̄fationeꝫ.
Et dicit̄ ꝑ totā octauā. Com.
Factus eſt repente de celo ſonus
aduenientis ſpirit⁹ vehementis vbi
erāt ſedentes all'a. ꝛ repleti ſunt oēs

ſpūſctō loquētes magnalia dei all'a all'a. Cōplē. Sancti ſpūs dñe coꝛda nr̄a mūdet infuſio: ⁊ ſui roꝛis intima aſpſione fecūdet Per. eiuſdē. Alia. Deus q̄ ſacramēto feſtiuitatis hodierne uniuerſam eccleſiā tuā in om̄i genere ⁊ natiōe ſctificas in totā mūdi latitudinē ſpūs tui dona diffunde. P. eiuſdē. Feria ſcđa Intro.

Cibauit eos ex adipe frumēti all'a: ⁊ de petra melle ſaturauit eos all'a alleluia all'a. Ps̄. Exultate deo adiutoꝛi nr̄o iubilate deo iacob. Oratio

Deus qui apl'is tuis ſctm̄ dediſti ſpm̄: ↄcede plebi tue pie petitiōis effectū: ut q̄bus dediſti fidē: largiaris ⁊ pacē. Per. eiuſdē. Lcō Actuū apl'oꝛuȝ. x.

In diebus illis. Aperiens petrus os ſuū dixit. Viri frēs ⁊ p̄res: nob̄ p̄cepit dn̄s p̄dicare pp'lo ⁊ teſtificari: q̄a ipſe eſt q̄ cōſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. Huic oēs p̄phete teſtimonium phibēt remiſſionē pctōꝝ accipe p nomē eius: oēs q̄ credūt in eū. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit ſpūſſanctus ſup omēs q̄ audiebāt verbū. Et obſtupuerūt ex circūciſione fideles qui venerāt cuȝ petro: q̄a ⁊ in nationes gr̄a ſpūſſancti effuſa eſt. Audiebant eīm illos loquentes linguis ⁊ magnificātes deū. Tūc rn̄dit petrus. Nūq̄d aquaȝ q̄s p̄hibere pōt ut nō baptiſent hi qui ſpm̄ ſctm̄ acceperūt ſicut ⁊ nos. Et iuſſit eos baptiſari in noīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Alla.

V. Spūs dn̄i replenit oꝛbē terraꝝ ⁊ hoc qđ ↄtinet oīa ſcientiā habet vocis. Alla. Veni ſctē. vt̄s in die ſcō Proſa

Veni ſctē ſpūs ⁊ emit te celitus lucis tue radium. Veni pater pauperuȝ veni datoꝛ munerū veni lumen coꝛdiū. Conſolatoꝛ optime: dulcis hoſpes anie: dulce refrigerium. In laboꝛe requies in eſtu temperies in fletu ſolaciū. O lux beatiſſima reple coꝛdis intima tuoꝛum fideliuȝ. Sine tuo numine nihil eſt in homine nihil eſt innoxiuȝ. Laua quod eſt ſoꝛdidū riga quod eſt aridum ſana quod eſt ſaucium. Flecte quod eſt rigiduȝ foue quod eſt frigidū: rege quod eſt deuiū. Da tuis fidelibus in te confidentib' ſacrū ſeptenarium. Da virtutis meritū: da ſalutis exitum:

da perhenne gaudium. S. Joh. iij.

In illo tpe. Dixit ie. di. ſ. Sic deus dilexit mūduz ut filiū ſuū unigenituz daret: ut ois q̄ credit i illū nō pereat: ſed habeat vitā eternā. Nō eñ miſit deus filiū ſuū in mundū ut iudicet mūduz: ſed ut ſalueť mūdus p ipm. Qui credit i eū nō iudicať. Qui aūt nō credit: iam iudicat⁹ eſt: qa non credit in noie unigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū: qa lux venit in mundū: ⁊ dilexerūt hoies magis tenebras q̄ lucez. Erāt eñ eorū mala opa. Omis eni qui male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē: ut nō arguanť opa ei⁹ Qui aūt facit veritatem venit ad lucē: ut manifeſteť opa ei⁹: qa in deo ſūt facta. Offꝛ. Intonuit de celo dn̄s ⁊ altiſſim⁹ dedit vocē ſuā ⁊ apparuerūt fontes aquarū all'a. Secre. Propicius dn̄e qs̄ hec dona ſctifica: ⁊ hoſtie ſpiritalis oblatione ſuſcepta: noſmetipſos tibi pfice munus eternū. Com. Spūſctūs docebit vos all'a: quecunqz dixero vobis all'a all'a. Compl. Adeſto dn̄e qs̄ pplo tuo ⁊ quē celeſtibus myſterijs imbuiſti ab hoſtiuz furore defende. Per. Feria. iij.

Accipite iocūditatē glorie vr̄e all'a: gr̄as agentes deo all'a: q̄ vos ad celeſtia regna vocauit all'a all'a all'a. Ps. Attendite pp'le me⁹ legē meā inclinate aurē vr̄am in verba oris mei. Oro. Aſſit nobis qs̄ dn̄e virt⁹ ſpūſ ſancti: q̄ ⁊ corda nr̄a clementer expurget: ⁊ ab oibus tueať aduerſis. Per. eiuſdē. Lcō Actuū apſoꝝ. viij.

In diebus illis. Cum audiſſent apli qui erāt hieroſolymis: qa recepit ſamaria vbū dei: miſerunt ad eos petrū et iohem. Qui cū veniſſent orauerūt p ipis ut acciperēt ſpūſctū Nondū eñ in quēq̄ illorū venerat: ſed baptiſati tm̄ erāt in nomie dn̄i ieſu. Tunc imponebāt manus ſup illos ⁊ accipiebāt ſpūſanctuz. Alla. V. Paraclitus ſpūſſanctus quē mittet pater i noie meo ille vos docebit oēm veritatem. Alla. Veni ſancte ſpirit⁹. vt̄s. Proſa.

Laude celeberrima recolam⁹ feſta ſacratiſſima. Sancti ſpūs: q̄ mentes hodie apoſtolorū illuſtrat flāmicomatu. Conferēs illis om-

nigenaꝝ beatiſſima munera lingua rū. Ut poſſent oēs vndiqꝫ natio-nes his magiſtris vti donis ei⁹ ma-gnificis. Cui⁹ gratia nullū meri-tū vel perſonā reſpicere nouit nullā. Nam piſcatorē egētem victū arte queritantē: ſummū fecit predicatorē ſuper quē cōſtructa caput leuat ma-ter eccleſia. Necnō pſecutorez qui ſanctā deuaſtabat eccleſiā: magiſtrū poſuit gentiū: vas pditionis tranſ-formauit in vas electionis. Im-pleuit ſpūs idem puerū cythareduz: et pſalmiſtā faciebat: armēti cuſtos hoc afflāte pphetauit amos. Idez vel latronē ſuſpēſum pſuaſor ſacra-tū cōuertit in ɔfeſſorem. Teloneo quondā ſedentē artifex peritus trāſ format in euāgeliſtā. Hic de lapi-dib⁹ facere poterit filiolos abrahe. Nā vt pcinuit dn̄s: ſpirat vbicun qꝫ vult ſpūs. Spūs alme qꝫ neſcis quē⁊ ſpernere: veni vobis ppici⁹ fa mulis: Viciis variis ſordibuſqꝫ noſtra referta tua flāma adurat pe-ctora. Hoſtib⁹ anīe repulſis inde ipſe veniēs hoſpitari digneris apud nos. Ut p te māſorē pueniamus ad celeſtis māſiōis hereditatē. Et depulſa peregrinatiōe: gaudeamus paradiſiaca poſſeſſione. Amen.

In illo tpe S. Johēm. x. Dixit iħs diſcipłis ſuis Amē amē dico vobis: qui non intrat p oſtiū in ouile ouium: ſed aſcēdit aliūde: ille fur eſt et latro. Qui autē intrat p oſtiū paſtor eſt ouiuz. Huic oſtiari⁹ aperit: et oues vocē ei⁹ audiūt Et pprias oues vocat nomi-natim: ⁊ educit eas. Et cum p prias oues emiſerit: ań eas va dit: et oues illuz ſequunt̄: quia ſciūt vocē eius. Alienū aūt nō ſequunt̄: ſed fugiunt ab eo: qꝛ nō nouerūt vocē alienoꝝ. Hoc puerbiū dixit eis iħs. Illi aūt nō cognouerūt qd loquereť eis. Dixit ergo iterū eis iħs. Amē amen dico vobis: qꝛ ego ſum oſtium ouium. Omnes quot-quot venerunt fures ſunt et la trones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtiuz. Per me ſi qs introierit ſaluabit̄: et in-gredietur ⁊ egrediet̄: et paſcua inueniet. Fur autem nō venit: niſi vt furet̄ et mactet et pdat. Ego veni vt vitam habeant ⁊ abūdantius habeant. Offer.

Portas celi aperuit dn̄s et pluit illis māna vt ederent panē celi dedit

illis: panē angelorū mādūcauit hō allā. Secr. Purificet nos dñe quēs muneris preſentis oblatio: et dignos ſacra participatione pficiat. Per dñm. Cōio. Spūs qui a prē procedit allā: ille me clarificabit allā alleluia. Cōpl. Mentes nr̄as quēs dñe ſctūs ſpūs diuinis reparet ſacramē tis: qa ipſe eſt remiſſio omniū pctōꝝ. Per dñm. eiuſdē. Feria quarta q̄tuor tpm Inf. Deus cū egredieris corā pplo tuo allā iter faciēs eis allā habitās in illis allā allā. Ps. Exurgat de⁹ ꝛ diſſipent inimici eius: ꝛ fugiāt qui oderunt eū a facie eius. Glia. mox poſt. Kyriel. ꝛ poſt. Glia i excel. ſequit oratio nō pmiſſo Dñs vobiſcū. ſed ſimpliciter dicit. Orem⁹ abſqꝫ Flectam⁹ genua. Mentes nr̄as quēs Orō. dñe paraclitus qui a te pcedit illuminet ꝛ inducat in omnē ſicut tuus pmiſit fili⁹ veritatem. Per eundem. eiuſdē. Lcō pma actuū apl'oꝝ. ij. et legit ſine titulo i modū pphetie. In dieb⁹ illis. Stans petrus cum vndecim leuauit vocem ſuam et locutus eſt

eis. Viri iudei et qui habitat hieruſalē vniuerſi. Hoc vobis notū ſit ꝛ aurib⁹ pcipite verba mea. Nō eni ſicut vos eſtimatis hi ebrij ſunt: cū ſit hora diei tercia. Sed hoc eſt qđ dictū eſt p pphetā ioheI. Et erit in nouiſſimis dieb⁹ dicit dñs. effundā de ſpū meo ſup oēm carnē et pphetabūt filij veſtri et filie vr̄e. Iuuenes vr̄i viſiōes videbunt: et ſeniores veſtri ſomnia ſomniabūt. Et quidē ſup ſeruos meos: et ſup ancillas meas in dieb⁹ illis effundā de ſpū meo et pphetabunt. Et dabo pdigia in celo ſurſum et ſigna in terra deorſum: ſanguinē et ignem ꝛ vaporē fumi. Sol conuertet in tenebras: ꝛ luna i ſanguinē: anteq̄ veniat dies dñi magnus ꝛ manifeſtus. Et erit oīs q̄cūqꝫ inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. Allā. ṽ. Verbo dñi celi firmati ſūt ꝛ ſpū oris ei⁹ oīs virtus eoꝝ. Huic oratiōi iā pmittit Dñs vob. Orō. Preſta quēs oīps ꝛ miſericors deus: vt ſpūſſctūs adueniēs téplū nos glie ſue dignanter inhabitando pficiat. Per.

eiuſdem. Lcõ actuũ apl'oꝝ.v.
IN dieb ꝰ illis: Per manꝰ
aũt apl'oꝝ fiebant ſigna
et prodigia multa in plebe. Et
erant oẽs vnanimiter in porti
cu ſalomonis. Ceteroꝝ aũt ne
mo audebat ſe cõiungere illis
ſed magnificabat eos pp'ſus.
Magis aũt augebat credẽtiuꝫ
in dño multitudo virorum ac
mulierũ: ita vt in plateas eijce
rent infirmos ⁊ ponerent in le
ctulis et grabatis: vt veniente
petro ſaltẽ vmbra illiꝰ obum-
braret quẽq̃ illoꝝ: et liberarẽt
ab infirmitatibꝰ ſuis Cõcurre
bat aũt et multitudo vicinaꝝ
ciuitatũ in hieruſalẽ afferẽtes
egrotos et vexatos a ſpiritibꝰ
immundis: qui curabant oẽs
Alla. v̄. Veni ſctẽ ſpiritus reple
tuorũ corda fideliũ: ⁊ tui amoris in
eis ignem accende. Proſa.
Veni ſpiritus ꝯſolator alme
Mentes tuoꝝ viſita iacẽtes egris
moribus. Imple ſupna grã terri
genaꝝ pectora Qui altiſſimi donũ
dei diceris. Fons ppetuꝰ ſpiritalis
vnctio. Tu pmiſſuꝫ oĩpotẽtis mu-
nus eſſe diceris. Apl'os tu linguis
fundauiſti ſctõs igneis Lumẽ da
cordibꝰ ꝯtute ꝑhenni firmãs ppeti.
Verũ affer amorẽ: muneraq; cha
ritatis plurima. Hoſtẽ repelle in-
uiduꝫ: daq; frui pace ſupera. Sic
duce te ꝑuio valeamꝰ ſcãdere ethera
connexa. Scdm Ioh.vj.
IN illo tpe: Dixit ihs di-
ſcipulis ſuis. Nemo põt veni-
re ad me niſi pater q̇ miſit me
traxerit eũ. Et ego reſuſcitabo
eum in nouiſſimo die. Eſt ſcri
ptũ in pphetis. Erũt omẽs do
cibiles dei. Omnis qui audiuit
a patre ⁊ didicit: venit ad me:
non q̇a patrẽ vidit quiſq̃ niſi
is qui eſt a deo: hic vidit patrẽ
Amẽ amẽ dico vobis: q̇ credit
in me habet vitã eternaꝫ Ego
ſum panis vite. Patres veſtri
mãducauerũt mãna in deſer-
to et mortui ſũt. Hic eſt panis
de celo deſcẽdẽs: vt ſi q̇s ex ipo
mãducauerit nõ moriat. Ego
ſum panis viuꝰ: qui de celo de
ſcendi. Si quis mãducauerit
ex hoc pane: viuet ineternum.
Et panis queꝫ ego dabo: caro
mea eſt pro mũdi vita. Offer.
Cõfirma hoc deꝰ qđ operatꝰ es in
nobis a tẽplo ſcõ tuo qđ eſt in hie-
ruſalẽ tibi offerẽt reges mũera alla

Accipe qſūs dn̄e munꝰ Secr.
oblatū ⁊ dignāter operare: vt
qđ myſteriȷs agimus: piȷs effe
ctibus celebremꝰ. Per. Cōio.
Pacem meā do vobis alľa: pacē
meā relinquo voƀ alľa alľa. Cōpľ.
Sumētes dn̄e celeſtia ſacra-
mēta qſūs clemētiā tuā: vt qđ
tpaliter gerimus: eternis gau
diȷs ɔſequamur. P. Feria. v.
Spūs dn̄i per totū officiū vt in
die penthecoſtes. Orō.
ILlo nos igne qſūs ſpūſ-
ſctūs inflāmet: quē dn̄s noſter
ihs xp̄s miſit in terrā: ⁊ voluit
eā vehemēter accēdi. Qui tecū
viuit. eiuſdē. Vel iſta Oratio
Deus q̄ hodierna die corda.
Lctō Actuū apſoꝝ. viȷ.
IN dieb'illis. Philippus
deſcēdēs in ciuitatē ſamarie ꝑ-
dicabat illis ihm. Intēdebāt
autē turbe his q̄ a philippo di
cebant᷑. vnanimiter audientes
et vidētes ſigna que faciebat.
Multi em̄ eoꝝ q̄ habebāt ſpiri
tus immūdos: clamantes vo-
ce magna exibant. Multi aūt
paralitici ⁊ claudi curati ſunt
Factum eſt ergo gaudiuꝫ ma-
gnū in illa ciuitate. S. lucā. ix

IN illo tp̄e. Conuocatis
ihs duodecim apſſis de-
dit illis virtutē et poteſtatē ſu
per oīa demonia: ⁊ vt languo
res curarēt. Et miſit illos p̄di-
care regnū dei: et ſanare infir-
mos. Et ait ad illos. Nihil tu
leritꝭ in via: neqꝫ v̄gā: neqꝫ pe
rā: neqꝫ pecuniā: neqꝫ duas tu
nicas habeatꝭ. Et in quācūqꝫ
domū intraueritis ibi mane-
te: et inde ne exeatis. Et quicū
qꝫ nō receperint vos: exeuntes
de ciuitate illa: etiā puluerē pe
dū veſtroꝝ excutite in teſtimo
niū ſupra illos Egreſſi aūt cir
cuibāt ꝑ caſtella euāgelizātes
ɔcurātes vbiqꝫ Secr. Virtute
ſpūſſcti. vt s in vigilia penth.
Sacramētis cele- Vel aliud.
ſtibus dn̄e ſctō ſpū operāte vi-
cia nr̄a purgent᷑: vt muneribꝰ
tuis poſſimꝰ ſemꝑ aptari. Per
eiuſdē. Cōpľ. Sācti ſpūs qſūs
Rots in die ſctō. Feria. vȷ
REpleatur os meū lauda tua
alľa: gaudebūt labia mea dū canta-
uero tibi alľa alľa. Ps. In te dn̄e
ſperaui nō ɔfundar ineternū: in iu-
ſticia tua libera me. Orō.
DA qſūs eccleſie tue miſe-

ricoꝛs deꝰ: et ſpũſctõ cõgrega-
ta hoſtili nullatenus incurſio
ne turbet. Per dñm. eiuſdem.

I Lectio Actuũ apl'oꝛũ. ij.
N diebus illis. Aperiẽs
petrꝰ os ſuũ dixit. Viri iſraeli-
te audite v̄ba hec. Ihm naza-
renũ virũ approbatũ a deo in
vob v̄tutibꝰ ⁊ pdigijs ⁊ ſignis
q̄ fecit deꝰ p illũ in medio vr̃i: ſi
cut vos ſcitis. hũc diffinito cõ-
ſilio ⁊ p̄ſciẽtia dei traditũ: per
manus iniquoꝝ affligẽtes in-
teremiſtis. Quẽ deꝰ ſuſcitauit
ſolutꝭ doloꝛibꝰ inferni. Iuxta
qḋ impoſſibile erat teneri illũ
ab eo. Dauid enim dicit in eũ
Pꝛouidebã dñm coꝛã me ſem-
per: qm̃ a dextrꝭ eſt mihi ne cõ
mouear. Propter h̄ letatuꝫ eſt
coꝛ meum: et exultauit lingua
mea: inſup et caro mea requie
ſcet i ſpe. Qm̃ nõ derelinques
animã meã in inferno: nec da
bis ſctm̃ tuũ videre coꝛruptio
nẽ. Notas mihi feciſti vias vi-
te: replebis me iocunditate cũ
facie tua. Alla. Veni ſancte. vrs̃
in die penth. cũ. ij. Alla. dicat ⁊

I pſa illiꝰ diei. S. Lucã. v.
N illo tpe. Factum eſt in
vna dierũ ⁊ ih̄s ſedebat docẽs.
Et erãt phariſei ſedẽtes ⁊ legiſ
doctoꝛes: qui venerant ex oĩ̄
caſtello galilee ⁊ iudee ⁊ hieru
ſalẽ: ⁊ virtus dñi erat ad ſanã-
dũ eos Et ecce viri poꝛtãtes in
lecto hoĩem qui erat paraliti-
cus: ⁊ querebãt eũ inferre ⁊ po
nere ante eũ. Et nõ inueniẽtes
q̄ parte illũ inferrẽt pꝛe turba:
aſcẽderũt ſupꝛa tectũ ⁊ p tegu
las ſubmiſerũt illuꝫ cum lecto
in mediũ ante ih̄m. Quoꝝ fidẽ
vt vidit dixit. Hõ remittunt ti
bi pctã tua. Et cepert cogitare
ſcribe ⁊ phariſei dicẽtes. Quis
eſt hic q̄ loquit blaſphemias?
Quis põt dimittere pctã niſi
ſolus deus? Vt cognouit autẽ
ih̄s cogitatões eoꝝ: reſpõdens
dixit ad illos. Quid cogitatis
mala in coꝛdibus vr̃is? Quid
eſt faciliꝰ dicere: dimittunt tibi
pctã. an dicere: ſurge ⁊ ambu-
la? Vt aũt ſciatꝭ q̄a filiꝰ homi-
nis habet poteſtatem in terra
dimittere pctã: ait paralitico.
Tibi dico ſurge: tolle lectũ tu-
um ⁊ vade in domũ tuã. Et cõ
feſtim ſurgens coꝛã illis: tulit
lectum in quo iacebat: et abijt

in domū ſuā: magnificās deū. Et ſtupoꝛ appͣhēdit oēs: ⁊ magnificabāt deuꝫ. Et repleti ſūt timoꝛe dicētes: qꝛa vidimꝰ mirabilia hodie. Offer. L auda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea: pſallā deo meo q̄diu ero all'a.

S acrificia dn̄e tuis Secretū oblata ꝯſpectibꝰ ignis ille diuinus aſſumat: q̄ diſcipuloꝝ xp̄i tui ꝑ ſpiritū ſanctuꝫ coꝛda ſuccēdit. Per eū. eiuſdē. Cōio.

S pūs vbi vult ſpirat et vocē eius audis all'a: ⁊ neſcis vnde veniat aut quo vadat all'a all'a all'a. Cōplen.

S umpſimus dn̄e ſacri dona myſterij humiliter dep̄cantes: vt q̄ in tui cōmemoꝛatiōe nos facere p̄cepiſti: in noſtre ꝓficiant infirmitatis auxiliū. Per.

Sabbato in q̄tuoꝛ tp̄ibꝰ Int.

C haritas dei diffuſa eſt in coꝛdibꝰ nr̄is all'a ꝑ inhabitantē ſpiritū eius in nobis all'a all'a. Ps̄ Dn̄e deꝰ ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte coꝛā te. Gl'ia. Notādū q̄ Kyrieꝛ. paſcale dicit⁊ Gl'ia in excelſis. Flectamꝰ gen̄. nō dicit. Credo. Prefatio de ſctō ſpū et Cōicātes dicunt vt in ipſo die ſancti ſpūs. Ite miſſa eſt dicit.

M entibꝰ nr̄is q̄s dn̄s Orō. dn̄e ſpiritūſanctū benignus infunde: cuius ⁊ ſapiētia ꝯditi ſumꝰ ⁊ ꝓuidentia gubernamur. P. eiuſdē. Et ſeq̄ntes lectiōes legunt cū titulo. et eis non p̄mittit Dn̄s vobiſcum.

H Lcō Johelis ꝓphete. ij. Ec dicit dn̄s deꝰ. Effundā de ſpū meo ſup oēm carnē: et ꝓphetabūt filij veſtri et filie vr̄e. Senes veſtri ſomnia ſomniabūt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbūt. Sed et ſuper ſeruos meos et ancillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo Et dabo pꝛodigia in celo ſurſum: et ſigna in terra deoꝛſum ſanguinē ⁊ ignē ⁊ vapoꝛē fumi. Sol ꝯuertet in tenebꝛas ⁊ luna in ſanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magnꝰ ⁊ hoꝛribilis. Et erit oīs quicūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i: ſaluus erit. All'a. v̄. Emitte ſpm̄ tuum ⁊ creabunt ⁊ renouabis faciē terre. Orō

I Llo nos igne queſumus dn̄e ſpūſſanctus inflammet: quem dn̄s noſter ih̄s xp̄s miſit in terrā ⁊ voluit vehemēter accendi. Qui tecum. eiuſdē

Lctõ libri Leuitici. xxiij.

In diebꝰ illis. Locutꝰ eſt
dñs ad moyſen dicẽs. Loque-
re filijs iſrł et dices ad eos. Cũ
ingreſſi fueritis terrã quã ego
dabo vob̄: et meſſueritis ſege-
tẽ: feretis manipulos ſpicaruꝫ
ꝑmicias meſſiſ vr̃e ad ſacerdo
tẽ. Qui eleuabit faſciculũ corã
dño: vt acceptabilis ſit ꝑ vob̄
altera die ſabbati: ⁊ ſanctifica
bit illũ. Numerabitis ergo ab
ipſo die in quo obtuliſtꝭ mani-
pulos primiciaꝝ ſepteꝫ hebdo-
madas plenas vſqꝫ ad alterã
diẽ expletõnis hebdomade ſe-
ptime. ⁊ ſic offeretis ſacrificiuꝫ
nouũ dño ex oı̄bus habitacu-
lis vr̃is. Panes primiciaꝝ du-
os de duabꝰ decimis ſiłe fermẽ
tate: q̊s leuabit ſacerdos coraꝫ
dño. Et vocabitis hunc dieꝫ ce
leberrimum atqꝫ ſanctiſſimũ
Omne opus ſeruile nõ facietis
in eo. Legitimum ſempiternũ
erit in cũctis habitaculis ⁊ ge-
nerationibus veſtris: ait dñs
oı̄ñipotẽs. Alła. ỽ. Veni ſancte
ſpũs reple tuoꝝ corda fideliuꝫ et tui
amoris in eis ignem accẽde.
Deus q̄ ad anima Oro.

rũ medelã ieiunij deuotiõe ca-
ſtigari corpa precepiſti: conce
de nobis ꝓpicius ⁊ mente ⁊ cor
pore ſꝑ tibi eſſe deuotos. Per.

Lctõ libri Deuterõ. xxvj.

In diebꝰ illis. Dixit moy
ſes filijs iſrł. Audi iſrł q̄ ego ꝓ-
cipio tibi hodie. Cũ intrauerꝭ
t̃rã quã dñs deꝰ tuꝰ tibi daturꝰ
eſt poſſidẽdã: ⁊ obtinueris eaꝫ
atqꝫ habitauerꝭ ı̄ illa: tolleſ de
cũctis frugibꝰ tuis ꝑmicias et
pones ı̄ cartallo. Pergeſqꝫ ad
locũ quẽ dñs deꝰ tuꝰ elegerit vt
ibi inuoceſ nomen eius. Acce-
deſqꝫ ad ſacerdoteꝫ q̄ fuerit in
diebꝰ illis ⁊ dices ad eũ. Profi
teor hodie coraꝫ dño deo tuo:
quia exaudiuit nos et reſpexit
humilitatẽ noſtrã: ⁊ laborẽ at
qꝫ anguſtiaꝫ: ⁊ eduxit nos de
egypto ı̄ manu forti ⁊ brachio
extẽto: in ingenti pauore: in ſi-
gnis atqꝫ portentis. Et intro-
duxit ad locũ iſtuꝫ: et tradidit
nob̄ terrã lacte ⁊ melle manan
tẽ. Et idcirco offero nũc primi
cias frugũ terre quas dñs de-
dit mihi: ⁊ dimittes eas in cõ-
ſpectu dñi dei tui: et adorato
dño deo tuo epulaberꝭ in oı̄ñi-

bꝰ bōnis q̄ dn̄s deꝰ tuꝰ dederit
tibi. Allꝛa. ṽ. Spūs dn̄i repleuit
orbē terrarū: ⁊ hoc qd̄ cōtinet omnia
ſcientiā habet vocis. Oro.
Q Reſta q̄s oṗs deus: vt
ſalutaribꝰ ieiunijs eruditi: ab
oībus etiā vicijs abſtinētes ꝓ-
piciationē tuā facilꝰ implore-
mꝰ. P. Lcō libri leuitici. xxvj.
I N diebꝰ illis. Dixit dn̄s
ad moyſen. Loq̄re filijs
iſrl̄. Si i p̄ceptꝭ meis ābulaue-
ritis: ⁊ mādata mea cuſtodie-
ritꝭ: ⁊ feceritꝭ ea: dabo vob̄ plu
uiā tp̄ibꝰ ſuis: ⁊ t̄ra gignet ger
mē ſuū: ⁊ pomis arbores reple
bunt. App̄hēdet meſſiū tritura
vīdemiā: ⁊ vīdemia occupabit
ſementē: ⁊ comedetꝭ panē vr̄m
in ſaturitate: et abſqꝫ pauore
habitabitis in terra vr̄a. Da
bo pacē in finibꝰ vr̄is: dormie-
tis: ⁊ nō erit q̄ exterreat. Aufe-
rā malas beſtias: et gladiꝰ nō
trāſibit terminos vr̄os. Perſe
quimini inimicos vr̄os: ⁊ cor-
ruent corā vobis. Perſequent
q̄nqꝫ de vr̄is centū alienos: et
centū ex vobis decē milia. Ca
dēt inimici vr̄i in cōſpectu vr̄o
gladio. Reſpiciā vos ⁊ creſce-
re faciā: multiplicabimini et
firmabo pactū meū vobiſcū.
Comedetꝭ vetuſtiſſima veterū:
⁊ vetera nouis ſuperuenientibus
proicietis. Ponā tabernaculū
meū i medio vr̄i: et nō abijciet
vos anima mea. Et ambula-
bo inter vos ⁊ ero veſter deus.
Voſqꝫ eritis pp̄ls meus: dicit
dn̄s oṗs. Allꝛa. ṽ. Paraclitꝰ ſpūs
ſanctꝰ quē mittet pr̄ in nomine meo
ille vos docebit oēm veritatē. Oro
Q Reſta q̄s oṗs deus ſic
nos ab epulis carnalibꝰ
abſtinere vt a vicijs irruenti-
bus pariter ieiunemus. Per.
A Lcō Danielis ꝓphe. iij.
A Ngelus dn̄i deſcendit cū
azaria ⁊ ſocijs eiꝰ in fornacē: ⁊
excuſſit flāmā ignis de forna-
ce. ⁊ fecit mediū fornacꝭ q̄ſi vē-
tū roris flantē. Flāma aūt dif
fuſa ē ſup fornacē ſexagita cu-
bitis ⁊ nouē: ⁊ icēdit q̊s reperit
iuxta fornacē de caldeis mini-
ſtros regis q̄ eā incēdebāt. Il-
los autē oīno nō tetigit ignis:
neqꝫ ꝯtriſtauit: nec q̄cq̄ mole-
ſtie intulit. Tunc hi tres q̄ſi ex
vno ore laudabāt ⁊ glificabāt
⁊ bn̄dicebāt deū i fornace dicē-

tes. Alla. ỽ. Benedictꝰ es dñe deꝰ
patrũ nr̃oꝝ: ⁊ laudabilis in ſecula.
Deinde vertendo ſe ſacerdos
ad ppl'm dicit. Dñs vo. Orõ.
Deus q̃ tribꝰ pueris miti
gaſti flãmas igniũ. con
cede ꝓpicius: vt nos famulos
tuos nõ exurat flãma viciorũ.
Lectõ Actuũ apl'oꝝ. xiij.
In diebus illis. Cõuenit
vniuerſa ciuitas audire v̾bũ
dei. Videtes aũt turbas iudei
repleti ſunt zelo. Et cõtradice-
bãt his que a paulo dicebant
blaſphemantes. Tũc cõſtãter
paulus ⁊ barnabas dixerunt.
Vobis oportebat p̄mũ loqui
verbuz dei. Sed qm̃ repellitis
illud: et indignos vos iudica-
tis eterne vite: ecce ↄuertimur
ad gẽtes. Sic eñ p̄cepit nobis
dñs. Poſui te in lucẽ gẽtibꝰ: vt
ſis in ſalutẽ vſq3 ad extremuz
terre. Audiẽtes aũt gẽtes gaui
ſe ſunt ⁊ gl'ificabãt verbũ dñi.
Et crediderũt q̊tq̊t erãt p̄ordi
nati ad vitã eternã. Diſſemi-
nabant aũt verbũ dei ꝑ vniuer
ſam regionẽ. Judei aũt ↄcita-
uerũt religioſas mlieres ⁊ ho-
neſtas ⁊ p̄mos ciuitatis ⁊ exci
tauerũt ꝑſecutionẽ in paulũ ⁊
barnabã. Et eiecerũt eos de fi
nibꝰ ſuis. At illi excuſſo pulue
re pedũ in eos venerũt yconiũ
Diſcpl'i q̊3 replebant gaudio
⁊ ſpũſctõ Alla. ỽ. Laudate dñm
oẽs gẽtes: ⁊ collaudate eũ oẽs ppl'i.
Epla. Veni ſctẽ. S. Luc. iiij
In illo tpe Surgẽs ihs de
ſynagoga introiuit ĩ domũ ſy
monis. Socrꝰ aũt ſymõis tene
bant magnis febribꝰ. Et roga-
uerũt illũ ꝓ ea Et ſtãs ſup illã
imperauit febri: ⁊ dimiſit illã.
Etↄtinuo ſurgẽs miniſtrabat
illis. Cũ ſol aũt occidiſſet: oẽs
q̃ habebãt infirmos varijs lã-
guoribus ducebãt illos ad eũ.
At ille ſingulis manꝰ iponens
curabat eos Exibãt aũt demo
nia a multis clamãtia ⁊ dicẽ-
tia. q̃a tu es filiꝰ dei Et ĩcrepãs
nõ ſinebat ea loqui. q2 ſciebãt
ipſum eſſe xp̄m. Facta aũt die
egreſſus ibat ĩ deſertũ locũ Et
turbe requirebãt eũ: ⁊ venerũt
vſq3 ad ip̄3: ⁊ detinebãt illũ ne
diſcederet ab eis Quibꝰ ille ait
Quia ⁊ alijs ciuitatibꝰ oportz
me euãgelizare regnũ dei Off
Emitte ſpm̃ tuũ ⁊ creabunt et re-

nonabis faciē terre ſit gloria dñi in
ſecula all'a. Secre. Ut accepta
tibi ſint dñe nr̄a ieiunia: p̄ſta
nob̄ q̄s huiꝰ munere ſacramen
ti purificatū tibi pectꝰ offerre.
Non vos relinquā orpha- Cōio
nos veniā ad vos iterū all'a. ⁊ gau-
debit cor veſtrū all'a all'a. Cōplē.
Prebeāt nobis dñe diuinuz
tua ſctā feruorē q̄ eorū pariter
⁊ actu delectemur ⁊ fructu. P.
In octā pēth. ſcḋm antiquā cō-
ſtitutiōez eccl'ie Int. Spūs dñi.
Orō. Deꝰ q̄ hodierna die cor.
oīa vt in die eiꝰ habent. Lcō li-
bri Apocal'. btī iohis apl'i. iiij.
In diebꝰ illis. Vidi oſtiū
apertū in celo: ⁊ vox pri-
ma quā audiui tanq̄ tube lo-
quētes mecū dicēs. Aſcēde huc
⁊ oſtēdā tibi q̄ oportet fieri ci-
to: poſt hec ſtatim fui in ſpū.
Et ecce ſedes poſita erat i celo:
⁊ ſupra ſedē ſedēs Et q̄ ſedebat
ſil'is erat aſpectui lapidis ia-
ſpidis ⁊ ſardinis Et iris erat i
circuitu ſedis ſil'is viſiōi ſma-
ragdine. Et in circuitu ſedis ſe
dilia vigintiq̄tuor: ⁊ ſup thro
nos vigintiq̄tuor ſeniores ſedē
tes circūamicti veſtimentis al
bis. Et in capitibꝰ eoꝝ corone
auree. Et de throno pcedebāt
fulgura ⁊ voces et tonitrua: et
ſeptē lāpades ardētes añ thro-
nū: q̄ ſūt ſeptē ſpūs dei. Et i cō
ſpectu ſedis tāq̄ mare vitreuz
ſil'e criſtallo. Et i medio ſedis
⁊ in circuitu ſedis q̄tuor aīalia
plena ocl'is añ ⁊ retro. Et aīal
primū ſil'e leoni. Et ſcḋm aīal
ſimile vitulo. Et terciū aīal ha
bens faciē q̄ſi hoīs. Et quartū
aīal ſil'e aq̄le volanti. Et q̄tuor
aīalia ſingula eorū habebant
alas ſenas: ⁊ i circuitu ⁊ intus
plena ſunt oculis: et requiē nō
habebāt die ac nocte dicentia
Sctūs ſctūs ſctūs dñs deꝰ oīps
q̄ erat: ⁊ q̄ eſt: et q̄ ventur9 eſt. Et
cū darent illa aīalia gloriaz et
honorē ⁊ bñdictionē ſedēti ſup
thronū viuēti in ſecl'a ſeculorū
procidebāt vigintiquatuor ſe
niores ante ſedētē in throno et
adorabāt viuētē in ſecula ſecu
lorꝫ amē. S. Johem. iij.
In il. t. Erāt hō ex phari
ſeis nicodemꝰ noīe: pnceps iu-
deorū. Hic venit ad ihm nocte
⁊ dixit ei. Rabbi ſcimꝰ q2 a deo
veniſti mgr̄. Nemo enim pōt

hec ſigna facere que tu fac:ni-
ſi fuerit deus cũ eo. Reſpõdit
ihs ⁊ dixit ei. Amen amẽ dico
tibi:niſi qs nat⁹ fuerit denuo:
nõ põt videre regnũ dei Dicit
ad eũ nicodem⁹. Quõ põt hõ
naſci cũ ſit ſenex? Nũquid po-
teſt in ventrem matris ſue ite-
rato introire ⁊ renaſci? Reſpõ
dit ihs. Amẽ amẽ dico tibi:ni-
ſi qs renatus fuerit ex aqua et
ſpũſancto:non põt introire in
regnũ dei. Qđ natũ eſt ex car-
ne:caro eſt. ⁊ quod natũ eſt ex
ſpũ: ſpũs eſt. Non mireris:qa
dixi tibi:oportet vos naſci de-
nuo. Spũs vbi vult ſpirat: et
vocẽ eius audis:ſed nõ ſcis vn
de veniat:aut quo vadat Sic
eſt oĩs q̃ natus eſt ex ſpũ. Re-
ſpondit nicodemus. ⁊ dixit ei:
Quõ poſſunt hec fieri? Reſpõ
dit ihs ⁊ dixit ei. Tu es magi-
ſter in iſrl̃ et hec ignoras. Amẽ
amẽ dico tibi:quia qđ ſcimus
loquimur:⁊ qđ vidimus teſta
mur:⁊ teſtimoniũ noſtrũ non
accipitis. Si terrena dixi vob
⁊ nõ creditis. quõ ſi dixero vo-
bis celeſtia credetis? Et nemo
aſcendit in celũ: niſi q̃ deſcẽdit
de celo:filius hoĩs q̃ eſt in celo.
Et ſicut moyſes exaltauit ſer-
pentem in deſerto:ita exaltari
oportet filiũ hoĩs:vt oĩs q̃ cre-
dit ĩ ipm̃ nõ pereat: ſ; habeat
vitã eternã. De ſcỹ trinitate.

BEnedicta ſit ſancta tri-
nitas atq; indiuiſa vni
tas confitebimur ei:q2
fecit nobiſcum miſeri-
diam ſuam. Vš. Benedicam⁹ pa-
trem ⁊ filium cum ſancto ſpiritu.

OMnipotens ſem- Oro.
piterne deus: qui dedi-
ſti nobis famulis tuis in con-
feſſione vere fidei eterne trini-
tatis gloriam agnoſcere:et in
potentia maieſtatis adorare
vnitatem:queſumus vt eiuſdẽ
fidei firmitate ab oĩbus ſem
per muniamur aduerſis. Per

FRatres. Ad Romañ. xj.
O altitudo diuitiaꝝ ſa-
piẽtie ⁊ ſciẽtie dei:q̃ incõprehẽ-
ſibilia ſũt iudicia eius: ⁊ inue-
ſtigabiles vie eius. Quis eni
cognouit ſenſum dñi? Aut qs
ↄſiliarius eius fuit? Aut quis
prior dedit illi:et retribuet ei?
Qm̃ ex ipſo ⁊ p ipſum ⁊ in ipſo
ſunt oĩa. Ipſi honor ⁊ gloria

in ſecula ſeculoꝝ Amē. Grad.
Benedictꝰ es dn̄e q̄ intueris abyſ
ſos ⁊ ſedes ſuꝑ cherubin. ṽ. Benedi
ctus es in throno regni tui: ⁊ lauda
bilis in ſecula Alla. ṽ. Benedictꝰ
es dn̄e deus patrum noſtroꝝ et lau-
dabilis in ſecula. Proſa.
Benedicta ſemꝑ ſctā ſit trini-
tas deitas ſcilicet unitas: coequalis
gl'ia. Pater filiꝰ ſctūs ſpūs tria ſūt
noīa oīa eadē ſubſtātia. Deus ge
nitor deꝰ genitꝰ in utroq; ſacer ſpūs
deitate ſociꝰ. Non tres tn̄ dij ſunt
deꝰ verus unꝰ eſt ſic pr̄ dn̄s filiꝰ ſpūſ
q; ſctūs. Proprietas ī ꝑſonis uni
tas eſt ⁊ in eſſentia. Maieſtas par
⁊ poteſtas decus honor eque ꝑ omīa
Sydera maria ꝯtinēs arua ſimul
⁊ uniuerſa cōdita. Quē tremūt im
pia tartara colit quoq; quē et abyſ-
ſus infima. Nūc oīs vox atq; lin-
gua fateaẽ hūc laude debita. Quē
laudāt ſol atq; luna dignitas ado-
rat angelica. Et nos voce precelſa
oēs modulemur organica cantica
dulci melodia. Eya ⁊ eya nunc ſi-
mul iubilemꝰ altithrono dn̄o laudeſ
in excelſis. O adoranda trinitas.
O veneranda unitas. Per te ſu
mus creati vera eternitas. Per te
ſumus redēpti ſumma tu charitas.

Populū cūctū tu ꝓtege ſalua libe-
ra eripe ⁊ emūda Te adoramꝰ oēs
tibi canimꝰ tibi laus et gl'ia. Per
infinita ſecula ſeculoꝝ. Amē. Alia
Benedictio trine unitati: ſim-
plici deitati ſemꝑ omīfaria.
Parēti cui coeternalis ſtat idēpti
tas ſempiternitas latrie mira. Par
verbo qđ coeſſentiua ſapientia vere
veritas explēdet viua. Tibi ⁊ am-
borū volūtas pneuma et ſuauitas:
tu btitudo ſctā ſctītas es eſſentiua.
Tu es oīm genꝰ bonoꝝ generaliſſi
mū. o ens ex q̄ nob̄ vita ſtillat amor
⁊ ſophia. Optima veraq; eterni-
tas: eterna et optima veritas: vera
eternaq; bonitas. Odiū falſitas
morſq; cedat: figurā tuā nob̄ exple-
at uſia ratio charitas. Fons ī quo
ſunt viuūt: quoꝝ umbras mortales
expetūt vite delicie decus ſotheria re
gnū virtus victoria. Fac nos ſup
plices tue dilectionis cōpotes: effu-
ga demones: orbem xp̄ianū o alpha
magnifica. Pater hel. eloy. eloe.
elyon. lath. ya. ſaday. lux. ſamayn.
tu geyge rex ſabbaoth ineffabilis
adonay tuum nos plaſma cōſerua.
Proles emanuel mire mirabilis
ſumme cōſul: deus fortis: dn̄s iuſtꝰ
futuri pater ſeculi: princeps pacis:

ihū meſſia nos ſalua. Spūs timo
ris pietatis ſciētie fortitudinis con-
ſilij intellect⁹ ac ſapiētie nos illuſtra
unge ſctifica. Simplex trinitatis
tu unitas unitatis: trina deitas pur
ga culpas: egros ſana: hoſtes paci-
fica: ſolue vincula: pelle pericula.
Ut te ſitiētes tuo vultu facies: pa
ceqz eterna in hierl'm ſuperna frui fa
cias. Euāgl'. Erat hō ex phari.
vrs̄ ante introitū: et ſolū dicit
ipō die ſctō. Vel aliud Scdm
Johānē. xv. et. xvj. Qd ſolū le-
git quādo al's p annum de ſan-
cta trinitate miſſa tenet
In illo tpe. Dixit ihs di-
ſcipulis ſuis. Cū venerit para
clit⁹ quē ego mittā vob a pre:
ſpm̄ veritatis: q a pre pcedit:
ille teſtimoniū phibebit de me
Et vos teſtimoniū phibebitl':
quia ab inicio mecū eſtis. Hec
locut⁹ ſum vob: ut nō ſcandali
ſemini. Abſqz ſynagogis faci
ent vos. Sz venit hora: ut ois
qui interficit vos: arbitret ob-
ſequiuz ſe preſtare deo. Et hec
faciēt vob: qa nō nouerunt pa
trez neqz me. Sed hec locutus
ſum vobis: ut cū venerit hora
eorū reminiſcamini: quia ego
dixi vobis. Credo dicit. Offer.
Benedict⁹ ſit de⁹ pr̄ unigenituſqz
dei fili⁹ ſanct⁹ quoqz ſpūs: quia fecit
nobiſcū miſericordiā ſuam. Secr.
Sctifica q̄s dn̄e de⁹ noſter p
tui nois inuocationē hui⁹ ob-
lationis hoſtiā: et p eaz noſmet-
ipos tibi pfice mun⁹ eternū P.
eiuſdē. Prefa. Qui cū unigenito.
Et hec pfacio etiaz per circulū
anni dicit dū miſſa de ſctā tri-
nitate tenet. Cōio. Benedicite
deū celi et corā oib⁹ viuētib⁹ ɔfitemi
ni ei qa fecit nobiſcū miſcdiam ſuā.
Proficiat nob ad ſa- Cōpl.
lutē corporis et aie dn̄e de⁹ hui⁹
ſacramēti pceptio: et ſempiter
na ſctē trinitatl' eiuſdēqz indi
uidue unitatl' ɔfeſſio. P. Alia
Dn̄e ſctē pat opš nos famu-
los tuos maieſtati tue ſubie-
ctos p unicū filiū tuū in v̄tute
ſcti ſpūs bn̄dic et ptege: ut ab
oīni hoſte ſecuri in tua iugiter
laude letemur. P. Nota q feſ-
tū ſctē trinitatl' habz octāz vſ
qz ad vigiliā corpis xpi in miſ
ſa. et hĳ ſi nō occurrāt alia feſta
duplicia feria. ij. et feria. iij. q̄
tūc teneri debēt in miſſa. et de
ſctā trinitate ſola fiat cōmēo.

In die coꝛpoꝛis xp̄i Introitꝰ.

Ibauit eos ex a-
dipe frumēti alľa
et de petra melle
ſaturauit eos alľ.
alľ.alľ. Ps̄. Exul
tate deo adiutoꝛi nr̄o iubilate d̄o ia

Deus q̄ nob̄ ſub Or̄o. cob
ſacramēto mirabili paſ
ſionis tue memoꝛiā reliquiſti:
tribue q̄s:ita nos coꝛp̄is ⁊ ſan
guinis tui ſacra miſteria vene
rari:vt redēptōis tue fructū in
nob̄ iugiter ſentiamꝰ. Qui vi.

Fr̄es. Ego Ad Coꝛ.j.xj
enim accepi a dn̄o:qđ et
tradidi vob̄: qm̄ dn̄s ih̄s in q̄
nocte tradebať:accepit panē ⁊
grās agens fregit ⁊ dixit. Acci
pite ⁊ manducate. Hoc eſt coꝛ
pus meuꝫ qđ p̄ vobis tradeť.
Hoc facite in meā cōmemoꝛa-
tionē. Similiter et calicē poſt-
q̄ cenauit dicens. Hic calix no
uū teſtamentū eſt in meo ſan-
guine. Hoc facite quotieſcūqꝫ
bibetis in meā cōmemoꝛatio-
nē. Quotieſcūqꝫ eīm māduca-
bitis panē hunc ⁊ calicem bibe
tis:moꝛtem dn̄i annūciabitis
donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ
māducauerit panem vel bibe-
rit calicē dn̄i indigne:reus erit
coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dn̄i. Pro
bet aūt ſeip̄m hō:et ſic de pane
illo edat ⁊ de calice bibat. Qui
eīm māducat ⁊ bibit indigne:
iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit
nō diiudicās coꝛpus dn̄i. Gr̄.

Oculi omniū in te ſperāt dn̄e ⁊ tu
das illis eſcam in tp̄e opoꝛtuno. V̄.
Aperis tu manū tuā et imples om̄e
animal bn̄dictiōe. Allľa. V̄. Caro
mea vere eſt cibꝰ ⁊ ſanguis meꝰ vere
eſt potꝰ q̄ māducat meā carnē ⁊ bibit
meū ſanguinē ī me manet ⁊ ego ī eo

Lauda ſyon ſalua- Proſa.
toꝛē:lauda ducē ⁊ paſtoꝛē in
hymnis ⁊ canticis. Quātū potes
tantū gaude:q̄a maioꝛ oī laude nec
laudare ſufficis. Laudis thema
ſpecialis panis viuꝰ ⁊ vitalis hodie
p̄poniť. Quē in ſacre menſa cene
turbe fratrū duodene datū non am
bigitur. Sit laus plena ſit ſonoꝛa
ſit iocūda:ſit decoꝛa mētis iubilatio
Dies eīm ſolēnis agiť in qua mēſa
p̄ima recoliť huius inſtitutio. In
hac mēſa ſūmi regis nouū paſca no
ue legis:phaſe vetꝰ terminat. Vetu
ſtatē nouitas:vmbꝛā fugat veritas
noctē lux eliminat. Quod in cena

xp̄s geſſit: faciendū hoc expreſſit in ſui memoriā. Docti ſacris inſtitutis panē vinū in ſalutis conſecram⁹ hoſtiā. Dogma datur xp̄ianis q̄ in carnē trāſit panis ⁊ vinū in ſanguinē. Qd̄ nō capis qd̄ non vides animoſa firmat fides pter rerū ordinē. Sub diuerſis ſpecieb⁹: ſignis tantū ⁊ nō rebus: latent res eximie. Caro cibus ſanguis potus: manet tamen xp̄s totus ſub vtraq̄ ſpecie. A ſumēte nō cōciſus nō confractus non diuiſus integer accipitur. Sumit vnus ſumūt mille: quātū iſti tantū ille nec ſumptus cōſumit. Sumunt boni ſumūt mali: ſorte tamen inequali vite vel interitus. Mors eſt malis vita bonis: vide paris ſumptōis q̄ ſit diſpar exitus. Fracto demū ſacramēto ne vacilles ſ; memēto tātū eſſe ſub fragmēto quantū toto tegitur. Nulla rei fit ſciſſura ſigni tm̄ fit fractura qua nec ſtat⁹ nec ſtatura ſignati minuit. Ecce panis angelorū factus cib⁹ viatorū vere panis filiorū: nō mittēdus canib⁹. In figuris preſignat: cū yſaac immolat: agnus paſce deputat: dat māna patribus. Bone paſtor panis vere iheſu nr̄i miſerere: tu nos paſce: nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentiū. Tu q̄ cuncta ſcis ⁊ vales q̄ nos paſcis hic mortales tu nos ibi cōmēſales coheredes ⁊ ſodales fac ſanctorū ciuium.

In illo tpe S. Johēm. vi

Dixit iheſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeorū. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt potus. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego i eo. Sicut miſit me viuēs pater et ego viuo pter patrē. Et qui māducat me: ⁊ ipſe viuet pter me. Hic eſt panis q̄ de celo deſcēdit Nō ſicut māducauerūt patres vr̄i māna in deſerto ⁊ mortui ſūt. Qui māducat hūc panē viuet in eternū. Offer. Sacerdotes incenſū dn̄i ⁊ panes offerūt deo ⁊ ideo ſcī erūt deo ſuo ⁊ nō polluēt nomē ei⁹ all'a. Secre. Eccleſie tue q̄s dn̄e vnitatis et pacis ppicius dona cōcede: que ſub oblatis munerib⁹ myſtice deſignant. Per. Prefatio Quia p incarnati vt in natiuitate dn̄i. et dicit p totā octauā. Cōio. Quotieſcūq̄ māducabitis panē hūc ⁊ calicem bibetis mortē dn̄i annūciabitis donec veniat: itaq̄ quicūq̄ māducauerit

panē vel biberit calicē𝑧 dñi indigne: reus erit corꝑis ⁊ ſanguīs dñi alľa.

Hac nos quēs dñe di- Cōpľ. uinitatis tue ſempiterna frui- tiōe repleri quā precioſi corpo- ris et ſanguinis tui tꝑalis ꝑce ptio ꝑfigurat. Qui cum patre

Feria ſexta ⁊ diebꝰ ſequentibꝰ infra octauaz corporis xp̄i ad miſſam oīa vt heri. Et nota ſi aliqđ feſtū ix. lectionū vel triū vel etiā duplex infra hāc octa- uā ceciderit nō habet locuz ſed vel ſolā cōmemorationez reci- pit vel anticipat ante feſtū cor porľ xp̄i aut poſtponitur poſt octās excepto feſto ſācti iohīs baptiſte. qđ ſemꝑ habet locuz infra octauā ſi euenerit corpo- ris xp̄i. In octaua vͦo corporľ xp̄i: omīa vt in die ſancto fiāt.

Aliud officiuz de corpore xp̄i qđ extra octauaz corporis xp̄i ſolet peragi ferijs qntis ꝑ cir- culū anni Intr.

PAnē de celo dedit nobis dñs habētē omē delectamētū ⁊ oēz ſaporē ſuaui tatis. Pš. Oēs gētes plaudite ma- nibꝰ iubilate deo in voce exultatōis.

DA quēs miſericors Oro deꝰ dñe ihu xp̄e tuo ſacro ſancto corpore ⁊ ſanguine nos ita digne refici ⁊ charitate tibi uniri: vt hec veneranda ſacra menta atqꝫ ſalutaris paſſiōis tue memoria in nr̄is mētibus iugiter ꝑſeuerēt. Qui cū deo.

Epľa. Euāgľ. ꝑfatio vtš. Gr.

CAro mea vere eſt cibꝰ ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. v̇. Qui mādu cat meā carnē ⁊ bibit ſanguinē meū in me manet ⁊ ego in eo. Allľa. v̇. O ihu paſtor pie te laudātes hodie nos pio vultu reſpice et pleno omīs grē de pane vite refice. Si autē fit miſſa infra lxx. ⁊ xl. tunc dicat

LAudate dñm oēs gētes tract⁹. ⁊ collaudate eū omēs ppľi. v̇. Quo niā ꝯfirmata eſt ſuꝑ nos miſericor- dia eiꝰ ⁊ veritas dñi manet ineternū

Proſa extra. lxx. ⁊ xlmā

AVe caro xp̄i regis venerāda Eſca gregis noue legis adorāda. Tu fidelibꝰ horis oībꝰ es memo- rāda. Tu caſto corde ſine ſorde di gne mādu cāda. Te colit rite panē vite eccľia. Dux viatoꝝ ⁊ reoꝝ es venia. Tu cibus ſalutis nos in te ſacia. Tu robur virtutis es viua hoſtia. Tu lapſoꝝ ſubleuamē do nās ꝑſidia. Tu meſtoꝝ es ſolamē cordis leticia. Magni amoris et

dulcoris es grā. Merces laboꝛ et
honoris dās p̄mia. Nos de mūdi
miſeria duc ad eterna gaudia. Ut
fruamur p̄ſentia tua ⁊ ſuaui gloꝛia.
De ſuperna hierarchia Alia
vera deſcēdit ſophia in uterū
virginis. Optatus dux in hac via
venit natus de maria eſſe poꝛtās ho
minis. Magne matꝛ magnꝰ na-
tus modo miro mūdo datus mūdi
tollit crimīa. Aufert moꝛbos dat
ſalutē ante ſuos fert virtutes hoſtis
fugans agmina. Zelatoꝛ mirabi
lis effectꝰ paſſibilis in cruce damna
tur. Legiſdatoꝛ veteris legis pla
gis aſperis ꝑ nob̄ plagat̄. Agnus
in cruce leuatus: ⁊ ꝑ nobis immola
tus ſit ſalutis hoſtia. Uite nr̄e re-
paratoꝛ: ⁊ virtutum inſtauratoꝛ celi
pandit oſtia. Sacramenta dictat
prius: cene hoꝛa bene ſcius: q̄ iā erāt
obuia. Prebēs panē bn̄dicit: hoc
eſt coꝛpꝰ meū dicit: ſit mei memoꝛia
Data bn̄dictio ſit a dei filio viui ꝑ
pinati. Et cū bn̄dicit̄: tūc ſanguis
efficit̄ verbi incarnati. Deo nota
ſūt hec ſoli: credi debēt atq; colli: re-
moto ſcrutinio. Iuſtus tantū ex-
pers doli ſumat illa: ſed tu noli in-
uolute vicio. Caue iuda ne dāne-
ris: petre ſume vt ſalueris: cibus eſt

fideliū. Ad cuiꝰ mēſam armat̄ in-
ſtus: ⁊ reus nudat̄: p̄da factꝰ hoſtiū.
Tua xp̄e ſūt hec mira: ſerua ſumē
tes ab ira iudicij. Orna nos veſte
gratie: defenſando a facie ſupplicij.
Reparatoꝛ ſaluifice dignos cibo
nos effice medicine celice. Offert.
Celeſte ſacrificiū xp̄s factus eſt ꝑ
oībus: q̄ ꝑ crucis patibulū ſe obtu-
lit ꝑ ouibꝰ paſtoꝛ bonꝰ: vt p̄miū ſit
ip̄e noſtrū in celeſtibꝰ ⁊ ꝑhenne gau
diū all'a. Secr. Clementiſſime
ſaluatoꝛ dn̄e iħu xp̄e q̄ te ſalu-
tis hoſtiā in ara crucis deo pa
tri ꝑ nobis pctōꝛibꝰ obtuliſti.
q̄s vt pctā nr̄a deleas: ⁊ tuo
ſctiſſimo coꝛpoꝛe ⁊ ſanguīe cō-
tra hoſtes et vitia nos muni-
tos: ad celeſtia regna ꝑducas
Qui cū. Cōio. Aue ſalutis ho-
ſtia q̄ vite cōfers p̄mia o lux mūdi ⁊
gloꝛia cūcta ꝓpelle noxia et a mun-
di miſeria nos duc ad celi gaudia.
Coꝛpoꝛis ſacri ⁊ p̄ci- Cōplē.
oſi ſanguinis tui ſumpta my-
ſteria q̄s dn̄e iheſu xp̄e pctā
nr̄a deleāt: noxia cūcta depel-
lant: ⁊ quacūq; tribulatōe af-
flictos ꝯſolent̄: viuis quoq; et
defunctis cunctis ꝓſint ad ve-
niā: noſq; virtutū gratia fru-

ctuoſos ad eternā btitudinē p
ducāt. Qui viuis. Dñica pri-
ma poſt octauas pentħ. Inť.

Domine in tua mi-
ſericordia ſperaui:
exultauit cor meū
in ſalutari tuo can
tabo dño qui bona
tribuit mihi. Ps.
Vſqȝquo dñe obliuiſceris me ī finē
vſqȝquo auertis faciē tuam a me.

Deus in te ſperan- Oro.
tiū fortitudo: adeſto p-
pici⁹ inuocatōib⁹ nr̄is. ⁊ q̄r ſine
te nihil pōt mortal' īfirmitas:
p̄ſta auxiliū grē tue vt ī exequē
dis mādat' tuis ⁊ volūtate ti-
bi ⁊ actōe placeam⁹. Per. Lcō
epl̄e bti iohīs apl̄i. j. iohīs. iiij.

Chariſſimi. Deus chari
tas eſt In hoc apparuit
charitas dei ī nobis: qm̄ filiū
ſuū vnigenitū miſit de⁹ in mū
dū vt viuam⁹ p eū In h̄ ē cha-
ritas: nō q̄ſi nos dilexerim⁹ de
um: ſꝫ qm̄ ipē prior dilexit nos
et miſit filiū ſuū ppiciationē
p pctis nr̄is. Chariſſimi ſi de⁹
dilexit nos: ⁊ nos debem⁹ inui
cem diligere. Deū nemo vidit
vnq̄. Si diligam⁹ inuicē: deus
in nob̄ manet: ⁊ charitas ei⁹ in
nob̄ pfecta eſt. In hoc intelli-
gim⁹ qm̄ in eo manem⁹ et ipē
in nob̄: qm̄ de ſpūſcō ſuo dedit
nob̄. Et nos vidim⁹ ⁊ teſtifica
mur: qm̄ pr̄ miſit filiū ſuū ſal-
uatorē mūdi. Quiſq̄s ꝯfeſſus
fuerit: qm̄ ih̄s ē fili⁹ dei: de⁹ in
eo manet: ⁊ ipſe in deo. Et nos
cognouim⁹ ⁊ credim⁹ charita-
ti quā habet de⁹ in nob̄. Deus
charitas eſt: ⁊ q̄ manet in cha-
ritate: in deo manet ⁊ de⁹ in eo
In hoc pfecta eſt charitas dei
nobiſcū: vt fiduciā habeamus
in die iudicij. q̄a ſicut ille eſt: et
nos ſum⁹ ī hoc mūdo. Timor
non eſt in charitate: ſed pfecta
charitas foras mittit timorē.
qm̄ timor penam habet. Qui
aūt timet: nō eſt pfect⁹ in chari
tate. Nos ergo diligam⁹ deū:
quoniā deus prior dilexit nos.
Si quis dixerit quoniā diligo
deū: ⁊ fratrē ſuū odit mēdax ē.
Qui eīm nō diligit fratrē ſuū
quē videt: deū quem nō videt
quō pōt diligere? Et h̄ mānda-
tū habemus a deo: vt q̄ diligit
deū: diligat ⁊ fratrē ſuū. Gr.

Ego dixi dñe miſerere mei: ſana

ciam meã q: peccaui tibi. ꝟ. Btũs
q intelligit ſup egenũ ⁊ pauperẽ: in
die mala liberabit euꝫ dñs. Alla.
ꝟ. Dñe deꝰ meus in te ſperaui ſaluũ
me fac ex omĩbus ꝑſequẽtibꝰ me et
libera me. S. Lucam. xvi.

In illo tpe: Dixit ihs di-
ſcipulis ſuis parabolaꝫ hanc.
Hõ quidã erat diues ⁊ indue-
batur purpura ⁊ byſſo ⁊ epula
baẽ quotidie ſplẽdide. Et erat
quidaꝫ mẽdicus noĩe lazarꝰ: q
iacebat ad ianuaꝫ eiꝰ vlceribꝰ
plenus: cupiẽs ſaturari de mi-
cis q̃ cadebãt de mẽſa diuitis:
⁊ nemo illi dabat. Sꝫ et canes
veniebãt ⁊ lingebãt vlcera eiꝰ
Factũ eſt aũt vt moreref mẽdi
cus: et portaref ab angelis in
ſinũ abrae. Mortuus eſt auteꝫ
⁊ diues: ⁊ ſepultꝰ eſt in inferno
Eleuans auteꝫ oculos ſuos cũ
eſſet in tormẽtis vidit abraaꝫ
a longe: ⁊ lazaꝝ in ſinu eiꝰ. Et
ipſe clamãs dixit. Pater abra-
am miſerere mei: ⁊ mitte laza
rũ vt intingat extremũ digiti
ſui in aquam: vt refrigeret lin
guã meã: q: crucior in hac flã-
ma. Et dixit illi abraam. Fili
recordare quia recepiſti bona
in vita tua: ⁊ lazarꝰ ſilr mala.
Nũc aũt hic cõſolaẽ: tu vo cru-
ciaris. Et in his omĩbus inter
nos et vos cahos magnuꝫ fir-
matũ eſt: vt hi q volũt hic trã-
ſire ad vos nõ poſſint: neqꝫ in
de huc trãſmeare. Et ait. Ro-
go ergo te pr̃ vt mittas eũ i do
mũ pr̃is mei. Habeo eñi qnqꝫ
frẽs: vt teſteẽ illis ne et ipſi ve-
niãt in hũc locũ tormẽtorũ. Et
ait illi abraaꝫ. Habẽt moyſen
⁊ ꝓphetas: audiãt illos. At il
le dixit. Nõ pr̃ abraaꝫ: ſꝫ ſi qs
ex mortuis ierit ad eos: penitẽ
tiã agẽt. Ait aũt illi. Si moy-
ſen et ꝓphas nõ audiunt: neqꝫ
ſi quis ex mortuis reſurrexerit
credẽt ei. Credo. oibꝰ diebꝰ dñi-
cis diciẽ ꝑ annũ Offer. Inten
de voci oratiõis mee rex meꝰ ⁊ deus
meꝰ quoniã ad te orabo dñe. Secr.
Hoſtias nr̃as dñe tibi dica-
tas placatꝰ aſſume: et ad ꝑpe-
tuũ nob tribue ꝑuenire ſubſi-
diũ. P. Prefa. de ſctã trinitate
et dr̃ oi die dñico ab hinc vſqꝫ
ad dñicã Vidi do. niſi feſtũ oc-
currerit habẽs ꝓpriã p̃fatiõeꝫ
Narrabo oĩa mirabilia tua Cõ.
letabor et exultabo in te: pſallaꝫ noẽ

tuo altiſſime. Cōpl. Q aut̄ dn̄e
repleti muneribꝰ ſacris: preſta
q̄s: vt et ſalutaria dona capia
mus: ⁊ a tua nunq̄ laude ceſſe
mus. P. Feria. iiij. Ad Col. iij
FRēs. Mortificate mēbra
vr̄a q̄ ſūt ſup terrā forni
cationē: immūdiciā: libidinē:
ↄcupiſcētiā malā ⁊ auariciaꝫ:
q̄ eſt ſimulacroꝝ ſeruitꝰ. Pro-
pter q̄ venit ira dei ſuper filios
incredulitatis In quibꝰ ⁊ vos
ambulaſtis aliquādo cū viue-
retis in illis. Nūc aūt deponi-
te ⁊ vos oīa: irā: indignationē
maliciā: blaſphemiaꝫ: turpem
ſermonē de ore vr̄o. Nolite mē
tiri inuicē. Expoliātes vos ve-
terē hominē cū actibꝰ ſuis: ⁊ in
duentes nouū eū q̄ renouat̄ in
agnitionē dei ſcḋm ymaginē eiꝰ
q̄ creauit eū. Vbi nō eſt maſcu
lus ⁊ femina: gētilis ⁊ iudeus:
circūciſio et p̄putiū: barbarus
⁊ ſcita: ſeruꝰ ⁊ liber. Sed oīa in
Ioībꝰ eſt xp̄s. S. Math. v.
N illo tpe. Dixit ih̄s di-
ſcipl'is ſuis. Nolite putare q̄m
veni ſoluere legē aut p̄phetas.
Nō veni ſoluere: ſꝫ adimplere.
Amē quippe dico vob̄: donec
tranſeat celū et terra iota vnū
aut vnꝰ apex nō p̄teribit a lege
donec oīa fiāt. Qui ergo ſolue
rit vnū de mādatis iſtis mini
mis: ⁊ docuerit ſic hoīes: mini
mus vocabit̄ in regno celorꝫ.
Qui aūt fecerit ⁊ docuerit: hic
magnꝰ vocabit̄ i regno celorū.
F Feria ſexta. q̄. Cor. iiij.
Rēs. Si opertū eſt euan
geliū nr̄m in his q̄ pereūt oper
tuꝫ eſt: in quibꝰ deꝰ huiꝰ ſeculi
excecauit mentes infideliuꝫ: vt
nō fulgeat illuminatio euāge-
lij glr̄ie xp̄i q̄ eſt ymago inuiſi-
bilis dei. Nō eñ noſmetipſos
p̄dicamꝰ: ſꝫ ih̄m xp̄m dn̄m no
ſtrū. Nos aūt ſeruos vr̄os per
ih̄m Qm̄ deꝰ q̄ dixit de tenebr̄
lumē ſplēdeſcere illuxit in cor-
dibꝰ nr̄is ad illumiātionē ſciē
tie claritat̄ dei i faciē ih̄u xp̄i.
IN illo tpe. S. Lucā. xvij
Dixit ih̄s diſcipl'is ſuis
Impoſſibile eſt: vt nō veniāt
ſcādala. Ve aūt hoī illi p̄ queꝫ
veniūt. Vtilius eſt illi ſi lapis
molaris imponat̄ circa colluꝫ
eiꝰ ⁊ p̄iciat̄ i mare q̄ vt ſcāda-
liſet vnū de puſillis iſtis. Attē
dite vobis. Si peccauerit in te

frater tuus:increpa illũ:⁊ ſi pe
nitẽtiã egerit:dimitte illi Et ſi
ſepties in die peccauerit in te:
⁊ ſepties in die cõuerſus fuerit
ad te dicẽs:penitet me: dimit-
te illi. Et dixerũt aplĩ dño. Ad
auge nob̃ fidẽ. Dixit aũt dñs
Si habueritis fidẽ ſicut granũ
ſinapis:diceretꝭ huic arbori mo
ro:eradicare ⁊ tranſplãtare in
mare ⁊ obediet vob̃ Quis aũt
vr̃m hñs ſuũ arantẽ aut oues
paſcentẽ:q regreſſo de agro di-
cat illi:ſtatim trãſi ⁊ recũbe. et
nõ dicat ei:para qđ cenẽ:⁊ p̃cin
ge ⁊ miniſtra mihi donec mã-
ducẽ ⁊ bibã:⁊ poſt hec tu man
ducabis ⁊ bibes. Nunqđ gra-
tiã habet ſeruo illi:q̃a fecit que
ei imperauerat. Nõ puto. Sic
et vos cũ feceritis oĩa q̃ p̃cepta
ſunt vobis. dicite: Serui inuti
les ſumꝰ. qđ debuimus facere:

F ecimꝰ. Dñica. ij. Intr.
Actus eſt dñs ſuſceptor meꝰ
et eduxit me in latitudine:ſaluũ me
fecit:qm̃ voluit me. Ps̃. Diligã te
dñe virtus mea:dñs firmamentum
meũ ⁊ refugiũ meum Oro

S Ancti nominis tui dñe
timorẽ pariter amorẽ fac nos
habere ꝑpetuũ:q̃a nunq̃ tua
gubernatione deſtituis: quos
in ſoliditate tue dilectõnis in-
ſtituis. Per dñm. i. Johis. iij.

C Hariſſimi. Nolite mira
ri ſi odit vos mundus.
Nos ſcimꝰ qm̃ trãſlati ſumꝰ de
morte ad vitã: qm̃ diligimus
frẽs. Qui nõ diligit manet in
morte. Oĩs qui odit fratrẽ ſuũ
homicida eſt. Et ſcitis q̃a oĩs
homicida nõ habet vitã eter
nã i ſe manẽtẽ. In hoc cogno-
uimus charitatẽ dei:qm̃ ille ꝓ
nobis aĩam ſuã poſuit:et nos
debemꝰ ꝓ fratribꝰ aĩas ponere
Qui habuerit ſubſtãtiã huiꝰ
mũdi ⁊ viderit fratrẽ ſuũ neceſ
ſitatẽ habere:⁊ clauſerit viſce-
ra ſua ab eo:quõ charitas dei
manet in eo. Filioli mei nõ di-
ligamꝰ verbo neq; lingua: ſed
opere ⁊ veritate. Gr̃. A d dñm
cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit
me. ỽ. Dñe libera animã meã a la-
bijs iniq̃s ⁊ a lingua doloſa. All'a
ỽ. Deus iudex iuſtꝰ fortis et patiẽs
nũquid iraſcetur per ſingulos dies.

I N illo tpe. S. Lucã. xiiij
Dixit ihs diſcipliſ ſuis
parabolã hãc. Hõ quidã fecit

cenam magnã: ⁊ vocauit mul
tos. Et miſit ſeruũ ſuum hora
cene dicere inuitatꝭ vt venirẽt:
qꝛ iã parata ſunt oĩa. Et cepe
rũt ſimul omẽs excuſare. Pri
mus dixit illi. Villã emi: ⁊ ne
ceſſe habeo exire ⁊ videre illã
Rogo te habe me excuſatũ Et
alter dixit. Juga boũ emi qn
qꝫ: ⁊ eo pbare ea. Rogo te ha
be me excuſatum. Et alr̃ dixit
Vxorẽ duxi ideo non poſſum
venire. Et reuerſus ſeruꝰ nũcia
uit hec dño ſuo. Tũc iratꝰ pa
terfamilias: dixit ſeruo ſuo.
Exi cito in plateas et vicos ci
uitatis: ⁊ pauperes ac debiles
cecos ⁊ claudos introduc huc.
Et ait ſeruꝰ. Dñe: factũ eſt vt
imperaſti: et adhuc locus eſt.
Et ait dñs ſeruo. Exi in vias ⁊
ſepes. ⁊ cõpelle intrare: vt im
pleatꝰ domꝰ mea. Dico aũt vo
bis ꝙ nemo viroꝝ illoꝝ q̃ vo
cati ſunt guſtabũt cenã meã.
Dñe cõuertere ⁊ eripe ani Offꝫ.
mã meã: saluũ me fac ꝑpter miſeri
cordiã tuã. Secr. Oblatio nos
dñe tuo nomini dicanda puri
ficet: et de die in diẽ ad celeſtis
vite trãſferat actionẽ. Per do.

Cantabo dño q̃ bona tri Cõio.
buit mihi ⁊ pſallã noĩ dñi altiſſimi
Sũptis muneribꝰ ſa Cõpl.
cris dñe qũs vt cũ frequẽtatio
ne myſterij creſcat nr̃e deuoti
onis affectus. Per. Feria q̃rta
FRẽs. Non Ad Roã. vj.
regnet pctm̃ in vr̃o mor
tali corpore vt obediatis cõcu
piſcentijs eius. Sed neqꝫ exhi
beatꝭ mẽbra vr̃a arma iniqui
tatꝭ pctõ: ſed exhibete vos deo
tanꝗ ex mortuis viuẽtes ⁊ mẽ
bra veſtra arma iuſticie deo.
Peccatũ eñi vobis nõ dñabit.
Nõ enim ſub lege eſtis ſed ſub
grã. Quid ergo? Peccabimꝰ:
qm̃ nõ ſumus ſub lege ſed ſub
grã. Abſit An neſcitis qm̃ cui
exhibetis vos ſeruos ad obedi
endũ: ſerui eſtis eius cui obedi
tis?. Siue pcti ad mortẽ: ſiue
obeditiõis ad iuſticiã. Grãs
aũt deo ꝙ fuiſtis ſerui peccati.
Obediſtis autẽ ex corde in eã
formã doctrine in qua traditi
eſtis. Liberati aũt a pctõ ſerui
facti eſtꝭ iuſticie Per ihm xp̃m
dñm nr̃m. S. Math. xij.
In illo tpe. Exeũtes pha
riſei conſiliũ fecerũt aduerſus

illum quō eū ꝑderent. Jhs autē
sciēs recessit inde: ⁊ secuti sūt eū
multi: ⁊ curauit eos omēs. Et
precepit eis ne manifestū eum
facerent: ut adimpleret qd̄ di-
ctum est per ysaiā ꝓphetā di-
centē. Ecce puer me⁹ quez elegi
dilect⁹ me⁹ in q̄ bene cōplacuit
aie mee. Ponā spm̄ meuz sup
eū: ⁊ iudiciū gentib⁹ nūciabit.
Nō ꝯtendet neq3 clamabit: ne
q3 audiet aliqs i plateis vocez
ei⁹. Harūdinē quassatā nō cō-
fringet: et linū fumigās nō ex-
tinguet: donec eijciat ad victo
riā iudiciū: ⁊ in noie ei⁹ gentes
sperabūt. Feria. vj. j. Johis. ij

Charissimi. Nouissima
hora est Et sicut audistis
qa antixp̄s venit. Nūc aūt an-
tixp̄i multi facti sūt. Vn̄ scim⁹
q: nouissima hora est. Ex nob
ꝓdierūt: sz nō erāt ex nob. Nā
si fuissent ex nobis ꝑmāsissent
utiq3 nobiscū Sz ut manifesti
sint: qm̄ nō sūt oēs ex nob. Sz
vos unctionē habetis a scto: ⁊
nostis oia. Nō scripsi vob q̄si
ignorātib⁹ veritatē: sz q̄si scienti
bus eā. Et qm̄ oē mēdaciuz ex
veritate nō est. Quis ē mēdax
nisi is q̄ negat qm̄ iesus nō est
xp̄us? Hic est antixp̄s q̄ negat
patrē ⁊ filiū Oīs q̄ negat filiū
nec patrē habet. q̄ confitet fili-
um ⁊ pr̄ez habet. S. marcū. xj

In illo tpe. Cū introisset
ihs hierosolimā in tēplū
cepit eijcere vendētes ⁊ emētes
in tēplo. ⁊ mēsas numulariorū
⁊ cathedras vendētiū colūbas
euertit Et nō sinebat ut quisq̄
trāsferret vas ꝑ templū Et do
cebat eos dicēs. Nōne scriptuz
est: q: dom⁹ mea dom⁹ orōnis
vocabit cūctis gētibus? Vos
aūt fecistis eā speluncaz latro
nū. Quo audito principes sa-
cerdotū ⁊ scribe: querebāt quō
eū ꝑderēt. Timebāt eīm eū: qm̄
vniuersa turba āmirabat sup
doctrina ei⁹. Dn̄ica. iij.

Respice in me et miserere mei
dn̄e qm̄ vnicus ⁊ paup sū ego vide
humilitatē meā ⁊ laborē meū: et di-
mitte oia pctā mea de⁹ meus. Ps.
Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus
me⁹ in te cōfido nō erubescā. Oro.

Deꝑcationē nostrā qs̄
dn̄e benignus exaudi: et
quib⁹ supplicādi p̄stas affectū
tribue defensionis auxiliū. P.

Chariſſimi. Hu j. petri. v
miliamini ſub potenti
manu dei vt vos exaltet in tpe
viſitatiõis: omnẽ ſolicitudinẽ
veſtrã ꝓijciẽtes in euꝫ. qm̃ ipſi
cura eſt de vob. Sobrij eſtote ⁊
vigilate. q̃a aduerſariꝰ vr̃ dia
bolus tanꝙ leo rugiẽs circuit
q̃rẽs quẽ deuoꝛat. Cui reſiſtite
foꝛtes ĩ fide: ſciẽtes eandẽ paſſi
onẽ ei q̃ in mũdo eſt vr̃e frater
nitati fieri. Deꝰ autẽ oĩs grẽ q̃
vocauit nos in eternã ſuã glo
riam in xp̃o ihũ modicuꝫ paſ-
ſos: ipẽ ꝑficiet: ꝯfirmabit: ſoli-
dabitqꝫ. Ipſi gl'ia et imperiũ
in ſecula ſeculoꝛũ amẽ. Grad.
Iacta cogitatũ tuũ in dño: et ipſe
te enutriet. V. Dũ clamareꝫ ad dñm
exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appꝛo-
pinquãt mihi. Alla. V. Diligã te
dñe virtus mea dñs firmamẽtũ me-
um ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberatoꝛ meus
In illo tpe. S. Lucã. xv.
Erant appꝛopinquãtes
ad ieſum publicani et peccato
res vt audirẽt illũ Et murmu
rabãt ſcribe ⁊ phariſei dicẽtes
q̃a hic pctõꝛes recipit ⁊ mãdu-
cat cũ illis. Et ait ad illos pa-
rabolã iſtã dicẽs. Quis ex vo-
bis hõ qui habet centũ oues: ⁊
ſi ꝑdiderit vnam ex illis: nõne
dimittit nonagintanouẽ ĩ de-
ſerto ⁊ vadit ad illã que perie-
rat donec inueniat illã? Et cũ
inuenerit eã: imponit in hume
ros ſuos gaudẽs: ⁊ veniẽs do-
mũ cõuocat amicos ⁊ vicinos
dicẽs illis Cõgratulamini mi
hi. q̃a inueni ouẽ meã q̃ perie-
rat. Dico autẽ vob: q ita gau
diũ erit in celo ſup vno pctõꝛe
penitentiã agẽte q̃ ſup nona-
gintanouẽ iuſtis q̃ nõ indigẽt
penitẽtia. Aut q̃ mulier habẽs
dꝛagmas decẽ: ⁊ ſi ꝑdiderit dꝛa
gmã vnã: nõne accendit lucer
nã ⁊ euertit domũ ⁊ querit di-
ligenter donec inueniat? Et cũ
inuenerit conuocat amicas et
vicinas dicens. Cõgratulami
ni mihi: qꝛ iueni dꝛagmã quã
ꝑdiderã. Ita dico vobis: gau
diũ erit coꝛã angel' dei ſup vno
pctõꝛe penitẽtiã agẽte. Offer.
Sperẽt in te oẽs q̃ nouerũt nomẽ
tuũ dñe qm̃ nõ derelinquis querẽtes
te: pſallite dño q̃ habitat in ſion quĩ
non eſt oblitus oꝛationẽ pauperuꝫ.
Munera dñe oblata Secre.
ſctifica: vt tui nobis vnigeniti

corp⁹ ⁊ ſanguis fiãt. P. Cõio.
Ego clamaui qm̃ exaudiſti me de⁹
inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi ṽba mea.
Hec nos cõmunio q̃s Cõpl.
dñe purget a crimine: et celeſt˜
remedij faciat eſſe ꝯſortes. P.
Feria. iiij. ad Coloſ. iij.
FRẽs. Oẽ q̃dcũq3 facitis
in ṽbo aut i ope: oĩa i noĩe dñi
nr̃i iħu xp̃i gr̃as agẽtes deo et
pr̃i ꝑ ip̃m. Mlieres ſbdite eſto
te viris ſicut oportet ĩ dño. Vi
ri diligite vxores vr̃as et noli-
te amari eſſe ad illas. Filij obe
dite parentib⁹ vr̃is ꝑ oĩa Hoc
eni placitũ eſt in dño. Patres
nolite ad iracũdiã ꝓuocare fi-
lios veſtros: vt nõ puſillo ani-
mo fiant. Serui obedite ꝑ oĩa
carnalibus dñis: nõ ad oculũ
ſeruiẽtes: q̃ſi hoĩbus placẽtes:
ſed ĩ ſimplicitate cordis timen
tes dñm. Quodcũq3 facit˜: ex
animo operamini ſicut dño ⁊
nõ hoĩb⁹: ſciẽtes q͂ a dño acci-
pietis retributionẽ hereditat˜
Per ieſum xp̃m dñm noſtrũ.
In illo tpe. S. Math. v.
Dixit iħs diſcipłis ſuis.
Eſto cõſentiẽs aduerſario tuo
cito dũ es in via cũ eo: ne forte
tradat te aduerſari⁹ tu⁹ iudici
⁊ iudex tradat te miniſtro: et ĩ
carcerẽ mittaris. Amẽ dico ti-
bi: nõ exies inde donec reddas
nouiſſimũ q̃drantẽ. Audiſtis
q̃a dictũ eſt antiquis. Non me
chaberis. Ego autẽ dico vob̃:
q̃a oĩs qui viderit mulierẽ ad
cõcupiſcendũ eã: iã mechat⁹ eſt
eam in corde ſuo. Q᷈ ſi oculus
tuus dexter ſcãdalizat te: erue
eu3 et ꝓijce abs te. Expedit enĩ
tibi vt pereat vnũ mẽbrorꝫ tuo
rũ: q͂ totũ corp⁹ tuũ mittat̃ in
gehẽnã ignis. Et ſi dextera ma
nus tua ſcãdalizat te: abſcide
eam ⁊ ꝓijce abs te. Expedit enĩ
tibi vt pereat vnũ mẽbrorꝫ tuo
rũ: q͂ totũ corp⁹ tuũ eat in ge-
hennã. Feria ſexta. j. Johis. iij
FRẽs. Omĩs q̃ natus eſt
ex deo peccatũ nõ facit:
qm̃ ſemẽ ei⁹ in deo manet: ⁊ nõ
põt peccare: qm̃ ex deo natus
eſt. In hoc manifeſti ſunt filij
dei et filij diaboli. Omis q̃ nõ
eſt iuſtus: non eſt ex deo: et qui
nõ diligit fratrẽ ſuũ. Qm̃ hec
eſt annunciatio quã audiſtis
ab inicio vt diligat˜ alterutrũ.
Non ſicut cayn q̃ ex maligno

erat: ⁊ occidit fratrē ſuū. Et ꝓ-
pter qđ occidit eū? Qm̄ opera
eiꝰ maligna erāt: fratris autē
eius iuſta. S. Marcū. xj.

IN illo tp̄e. Introiuit ih̄s
hieroſolimā in tēpluꝫ: ⁊ circū-
ſpectis oībus cū iā veſpa eſſet
hora: exijt in bethaniaꝫ cū duo
decim. Et alia die cū exirent a
bethania eſurijt Cūqꝫ vidiſſet
a lōge ficū habentē folia: venit
ſi qđ forte inueniret ī ea. Et cū
veniſſet ad eā: nihil inuenit p̄-
ter folia. Nō eñ erat tp̄s ficoꝝ
Et reſpōdens dixit ei. Iā non
ampliꝰ ineternū quiſq̄ fructū
ex te māducet. Et audiebāt di-
ſcipuli eiꝰ Et veniūt iterꝫ hiero-
ſolimā. Et cū introiſſet ī tēplū
cepit eijcere vendētes ⁊ emētes
in tēplo: ⁊ mēſas numularioꝝ
⁊ cathedras vēdētiū colūbas
euertit Et nō ſinebat vt quiſq̄
trāſferret vas ꝑ tēplū. Et doce-
bat eos dicēs. Nōne ſcriptū eſt
qđ domꝰ mea domus oratōis
vocabit̄ cūctꝭ gētibꝰ? Vos aūt
feciſtis eam ſpeluncā latronū.
Quo audito p̄ncipes ſacerdo-
tū ⁊ ſcribe querebāt quō eū ꝑ-
derēt. Timebāt eñ eū qm̄ vni-
uerſa turba ammirabat̄ ſuper
doctrina eiꝰ Et cū veſpa facta
eſſet egrediebat̄ de ciuitate. Et
cū mane trāſirēt viderunt ficū
aridā factā a radicibus. Et re-
cordatus petrꝰ dixit ei. Rabbi
ecce ficus cui maledixiſti aruit
Et reſpōdens ih̄s ait illis. Ha-
bete fidē dei Amē dico vob: qđ
quicūqꝫ dixerit huic mōti tol-
lere ⁊ mittere in mare: ⁊ nō heſi-
tauerit ī corde ſuo: ſꝫ crediderit
qđ quodcunqꝫ dixerit fiat: fiet ei.

DOminus illu- Dñica. iiij.
minatio mea ⁊ ſalꝰ mea quē
timebo dñs defenſor vite mee a quo
trepidabo q̄ tribulāt me inimici mei
ipſi īfirmati ſūt ⁊ ceciderūt. Pſ. Si
conſiſtant aduerſum me caſtra non
timebit cor meum. Glīa pr̄i. Oro

PRotector in te ſperātiū
deꝰ ſine quo nihil eſt va-
lidū: nihil ſanctuꝫ: multiplica
ſuꝑ nos miſcdiam tuā vt te re-
ctore te duce ſic trāſeamꝰ ꝑ bo-
na tp̄alia vt nō amittamꝰ eter-
na. Per. Ad Rom̄. viij.

FRēs. Exiſtimo eñ q̊ð
nō ſint cōdigne paſſiōes huiꝰ
tp̄is ad futurā gloriā q̄ reuela-
bit̄ i nob. Nā expectatio crea-

ture reuelationē filiorū dei ex-
pectat. Vanitati enī creatura
ſubiecta eſt nō volens: ſed pro
pter eum qui ſubiecit eā in ſpe
Quia ⁊ ipſa creatura liberabi-
tur a ſeruitute corruptōnis in
libertatē glīe filiorꝫ dei Scim⁹
enī q̄ oīs creatura īgemiſcit et
parturit vſqꝫ adhuc. Nō ſolū
aūt illa: ſꝫ et noſipſi primicias
ſpūs habētes: et ipſi intra nos
gemim⁹ adoptionē filiorꝫ dei:
expectātes redēptionē corpo-
ris nrī. In xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o.
Propici⁹ eſto dn̄e pctīs nrīs Gr
ne quādo dicāt gētes vbi eſt de⁹ eorꝫ
v. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄ ⁊
propter honorē noīs tui dn̄e libera
nos. Alla. v. Dn̄e in virtute tua
letabit rex ⁊ ſup ſalutare tuū exulta-
bit vehemēter. S. Lucā. vj
In illo tpe. Dixit ih̄s di-
ſcipulis ſuis. Eſtote miſericor
des: ſicut ⁊ pr̄ vr̄ miſericors eſt
Nolite iudicare: ⁊ non iudica-
bimini. Nolite cōdēnare: ⁊ nō
cōdemnabimini Dimittite: ⁊
dimittet vobis. Date: ⁊ dabit
vob. Mēſurā bonā et cōfertā ⁊
coagitatā ⁊ ſupeffluētē dabūt
in ſinū vr̄m. Eadē q̄ppe mēſu-
ra q̄ mēſi fueritis remetiet vo-
bis. Dicebat aūt illis ⁊ ſilitu-
dinē. Nūqd pōt cecus cecū du-
cere? Nōne ambo in foueā ca-
dūt? Non eſt diſcipulus ſuper
magiſtrū. Perfectus autē oīs
erit: ſi ſit ſicut mgr̄ eius. Quid
aūt vides feſtucā in oculo fra-
tris tui: trabē autē q̄ in oculo
tuo eſt nō cōſideras? Aut quō
potes dicere fratri tuo. frater
ſine: eijciā feſtucā de oculo tuo
ipſe ī oculo tuo trabē nō vidēs
Ipocrita: eijce primū trabē de
oclo tuo: ⁊ tūc pſpicies vt edu-
cas feſtucā de oclo fratris tui.
Illumina oculos meos Offer.
ne qn̄ obdormiā in morte: ne qn̄ di-
cat inimic⁹ me⁹ p̄ualui aduerſus eū
Reſpice dn̄e munera Secr.
ſupplicātis eccleſie: ⁊ ſaluti cre-
dentiū ppetua ſctificatione ſu
menda ꝯcede. P. Cōio. Dn̄s
firmamentū meū ⁊ refugiū meū ⁊ li
berator meus de⁹ me⁹ adiutor me⁹.
Sctā tua nos dn̄e ſū- Cōplē.
pta viuificent: ⁊ miſcdie ſempi
terne p̄parent expiatos. Per.
Feria q̄rta. j. Johīs. j.
Chariſſimi Hec eſt annū
ciatio quā audiuimus a deo ⁊

annūciamꝰ vob̄. qm̄ deꝰ lux eſt
⁊ tenebꝛe in eo nō ſunt vlle. Si
dixerimꝰ qm̄ ſocietatē habemꝰ
cū eo: ⁊ in tenebꝛis ambulamꝰ
mētimur ⁊ veritatē nō facimꝰ
Si aūt in luce ambulamꝰ ſicut
⁊ ipſe eſt in luce: ſocietatē habe
mus adinuiceꝫ: ⁊ ſanguis ieſu
filij eius mundat nos ab omī
pctō. Si dixerimꝰ qm̄ pctm̄ nō
habemꝰ: ipſi nos ſeducimus: ⁊
veritas in nobis nō eſt. Si ꝯfi
teamur pctā nr̄a: fidelis eſt et
iuſtus: vt remittat nob̄ pctā ⁊
emūdet nos ab oī iniqtate. Si
dixerimꝰ qm̄ nō peccauimꝰ mē
dacē facimꝰ eū: ⁊ verbū eiꝰ non
eſt in nob̄. S. Lucā. xiij

In illo tpe. Acceſſerūt ad
ihm quidā phariſeoꝝ dicētes.
Exi ⁊ vade hinc: quia herodes
vult te occidere Et ait illis Ite
et dicite vulpi illi. Ecce eijcio
demonia: et ſanitates perficio
hodie et cras: ⁊ tercia die cōſu-
moꝛ. Verūtamen opoꝛtet me
hodie ⁊ cras ⁊ ſequēti die am-
bulare: quia nō capit ꝓphetaꝫ
perire extra hirlm. Feria ſexta

Ad Romanꝭ. xiij. ⁊. xiiij

Frēs. Carnis curā ne fe-
ceritis in deſiderijs. Infirmū
autē in fide aſſumite: nō in di-
ſceptatiōibꝰ cogitationū Aliꝰ
enī credit ſe māducare omnia
Qui autē infirmꝰ eſt: olus mā
ducet. Is q̄ māducat: nō ſper-
nat nō māducātē Et q̄ nō mā-
ducat: māducantē nō iudicet.
Deꝰ enī illū aſſūpſit Tu q̄s es
q̄ iudicas ſeruū alienuꝫ? Suo
dn̄o ſtat aut cadit Stabit aūt
Potēs eſt enī deꝰ ſtatuere illū.
Nā alius iudicat diē inter diē
Alius autē iudicat omnē diē.
Vnuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu abū-
dat Qui ſapit dieꝫ: dn̄o ſapit.
⁊ qui māducat: dn̄o māducat
Grās enī agit deo. ⁊ q̄ nō mā-
ducat dn̄o nō māducat: et gra
tias agit deo. Math. xvij

In illo t. Interrogauerunt
ihm diſcipli dicētes. Quid er-
go ſcribe dicūt: q̄ helyā opoꝛ-
teat pmū venire? At ille reſpō
dēs ait. Helias quidē venturꝰ
eſt ⁊ reſtituet omīa. Dico aūt
vobis q̄a helias iā venit ⁊ non
cognouerūt eū: ſed fecerūt ī eo
quodcūqꝫ voluerūt. Sic ⁊ filiꝰ
hoīs paſſurus eſt ab eis. Tūc
intellexerūt diſcipli q̄a de iohē

baptiſta dixiſſet eis. Et cū veniſſet ad turbā: acceſſit ad eū hō genub⁹ ꝓuolut⁹ ante eū dicens. Dn̄e miſerere filio meo: q̄a lunaticus eſt: ⁊ male patit̄. Nā ſepe cadit in ignē et crebro in aquā. Et obtuli eū diſcipulis tuis: ⁊ nō potuerūt curare eū Rn̄dēs ihs dixit O generatio incredula ⁊ peruerſa quouſq; ero vobiſcū: uſq; q̄ patiar vos Afferte illū huc ad me. Et increpauit illū ihs: ⁊ exijt ab eo demoniū. Et curat⁹ eſt puer ex illa hora. Dn̄ica q̄nta.

Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te adiutor me⁹ eſto ne derelinquas me neq; deſpicias me de⁹ ſalutaris me⁹ Ps̄. Dn̄s illuminatio mea ⁊ ſalus mea quē timebo. Orō

Da nob q̄s dn̄e vt ⁊ mūdi curſus pacifice nob tuo ordine dirigat̄: ⁊ eccl̄ia tua trāquilla deuotiōe letet̄. P. Lctō epl̄e btī petri apl̄i. j. iij.

Chariſſimi. Oēs vnanimes in oratiōe eſtote: cōpatiētes: fraternitatꝭ amatores: miſericordes: modeſti: humiles: non reddētes malum ꝑ malo: vel maledictū ꝑ maledicto: ſz ecōtrario bn̄dicētes. Quia in hoc vocati eſtis vt bn̄dictionē hereditate poſſideatꝭ Qui enī vult vitā diligere ⁊ videre dies bonos: coerceat linguā ſuā a malo: et labia eius ne loquant̄ dolū. Declinet autē a malo ⁊ faciat bonū: inquirat pacē: ⁊ ꝓſequat̄ eam. Quia oculi dn̄i ſup iuſtos: ⁊ aures ei⁹ in preces eoꝝ. Vultus aūt dn̄i ſup facientes mala. Et q̄s eſt q̄ vobis noceat: ſi boni emulatores fueritis? Sz ⁊ ſi q̄d patimini ꝓpter iuſticiā: bti. Timorē autē eorū ne timueritis: vt non cōturbemini. Dn̄m autē xp̄m ſanctificate in cordibus veſtris. Gr̄.

Protector nr̄ aſpice de⁹ et reſpice ſup ſeruos tuos. V̄. Dn̄e de⁹ virtutū exaudi p̄ces ſeruoꝝ tuoꝝ. Alla. V̄. In te dn̄e ſperaui nō ↄfūdar ineternū: in tua iuſticia libera me et eripe me: inclina ad me aurē tuā accelera vt eripias me. S. Lucā. v.

In il. t. Cū turbe irruerēt in ihm vt audirēt verbū dei: et ipſe ſtabat ſec⁹ ſtagnū genezareth. Et vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnum Piſcatores aūt deſcēderāt ⁊ lauabāt retia

Aſcēdens aūt in vnā nauim q̄
erat ſymonis: rogauit eū a ter
ra reducere puſillum. Et ſedēs
docebat de nauicula turbas.
Vt ceſſauit aūt loqui: dixit ad
ſymonē. Duc in altū ⁊ laxate
retia vr̄a in capturā. Et reſpō-
dēs ſymō dixit illi. Preceptor
p totā noctem laborātes nihil
cepim⁹: in verbo aūt tuo laxa-
bo rete. Et cū hoc feciſſent con
cluſerūt multitudinē piſcium
copioſam. Rumpebat̄ aūt re-
te eoꝝ. Et annuerūt ſocijs qui
erant in alia naui vt venirēt ⁊
adiuuarent eos. Et venerūt ⁊
impleuerūt ambas nauiculas:
ita vt pene mergerent̄. Qđ cū
videret ſymon petr⁹ pcidit ad
genua iħu dicēs. Exi a me: q̄a
hō pctōr ſum dn̄e. Stupor eīm
circūdederat eū: ⁊ oēs q̄ cū illo
erāt i captura piſciū quā cepe-
rāt. Sil̄r aūt iacobū et iohānē
filios zebedei: qui erāt ſocij ſy-
monis. Et ait ad ſymonē iħs
Noli timere: ex hoc iā eris ho-
mines capiēs. Et ſubducti ad
terrā manib⁹: relictis oībus ſe
cuti ſunt eū. **Offer.** **B**enedicā
dn̄m q̄ mihi tribuit intellectū: puide

bā deū in cōſpectu meo ſp̄: quī a de-
xtris eſt mihi ne cōmouear. **Secre.**
Oblatiōib⁹ quīs dn̄e placa-
re ſuſceptis: et ad te nr̄as etiā
cōpelle rebelles ppici⁹ volūta-
tes. Per. **Cōio.** **V**nam petij a
dn̄o hāc requirā: vt inhabitē in do-
mo dn̄i oībus dieb⁹ vite mee. **Cōpl**
Myſteria nos dn̄e q̄s ſūpta
purificēt ⁊ tuo munere tueant̄.

Feria. iiij. Ad Thimoth. i. vi.

Chariſſimi. Nihil eīm itu
lim⁹ i hūc mūdū haud
dubiū: q̄a nec auferre q̄d poſ-
ſum⁹. Habētes aūt alimēta et
quib⁹ tegamur: his cōtenti ſi-
mus. Nā q̄ volūt diuites fieri:
incidūt in tētationē ⁊ laqueū
diaboli: et deſideria multa in
utilia ⁊ nociua: q̄ mergunt ho
mines in interitū et pditionē.
Radix eīm oīm maloꝝ eſt cu-
piditas. Quā q̄dā appetentes
errauerūt a fide ⁊ iſeruerūt ſe do-
lorib⁹ multis. Tu aūt o hō dei
hec fuge. Sectare vō iuſticiā:
pietatē: fidē: caritatē: patiētiā
māſuetudinē. Certa bonū cer
tamē fidei: apphēde vitā etnā:
in q̄ vocat⁹ es et cōfeſſus bonā
cōfeſſionē corā multis teſtib⁹

Precipio tibi corā deo: q̄ viui-
ficat oīa: et xp̄o iħu q̄ teſtimo-
niū reddidit ſub pontio pyla-
to bonā confeſſionē: vt ſerues
mandatū ſine macula irrepre
henſibile vſq; in aduentū dn̄i
noſtri iħu xp̄i. S. Math. viij.
In illo tp̄e. Factū eſt am
bulātib⁹ illis ī via dixit
quidā ad ieſum. Magiſter ſe
quar te quocūq; ieris Et dicit
ei iħs Vulpes foueas habent:
⁊ volucres celi nidos. fili⁹ autē
hoīs non habet vbi caput ſuū
reclinet. Ait aūt ad alterū Se
quere me. Ille aūt dixit. Dn̄e
pmitte mihi primū ire et ſepe-
lire patrē meū. Dixitq; ei iħs.
Sine vt mortui ſepeliant mor-
tuos ſuos. tu autē vade annū
cia regnū dei. Et ait alter. Se-
quar te dn̄e: ſed primū pmitte
mihi renūciare his q̄ domi ſūt
Ait autem ad illū iħs. Nemo
mittēs manū ſuā ad aratrū et
aſpiciēs retro aptus eſt regno
dei. Feria ſexta. Ep̄la dn̄ice p̄-
dicte vt ſ. S. Marcū. x.
In illo tp̄e. Offerebāt ie-
ſu paruulos vt tangeret illos.
Diſcip̄li aūt cominanbāt offe
rētib⁹. Quos cū videret iħs in
digne tulit Et ait illis. Sinite
puuolos venire ad me: ⁊ ne p̄-
hibueritꝭ eos. Taliū eſt eīm re-
gnū dei. Amē dico vobis quiſ
quis nō receperit regnū dei ve-
lut paruulus: nō intrabit in il
lud Et cōplexans eos ⁊ impo-
nens man⁹ ſup illos benedice-
bat illos. Dn̄ica ſexta Intr̄.
Omin⁹ fortitudo plebis ſue
⁊ protector ſalutariū xp̄i ſui
eſt: ſaluū fac pp̄lm tuū dn̄e et bn̄dic
hereditati tue ⁊ rege eos vſq; in ſecu
lū. Ps̄. Ad te dn̄e clamabo de⁹ me⁹
ne ſileas a me ne quādo taceas a me
⁊ aſſimilabor deſcēdētibus in lacū.
Deus q̄ diligentib⁹ Orō
te bona inuiſibilia p̄pa-
raſti: infunde cordib⁹ nr̄is tui
amoris affectū: vt te in oīb⁹
⁊ ſup oīa diligētes: pmiſſiōes
tuas q̄ oē deſideriū ſuperāt
cōſequamur. P. Ad Rom. vi.
Frēs. Quicūq; baptiſa-
ti ſum⁹ ī xp̄o ieſu: in mor
te ip̄i⁹ baptiſati ſum⁹ Cōſepul
ti eīm ſum⁹ cū illo p baptiſmū
in mortē Vt quō ſurrexit ieſus
a mortuis p gloriā p̄ris: ita et
nos in nouitate vite ambule-

mus. Si eñ cõplãtati facti ſu-
mus ſimilitudini mortis eius
ſimul et reſurrectiõis erimus.
Hoc ſciẽtes q̃a vetus hõ noſter
ſimul crucifixꝰ eſt: vt deſtruat
corpus peccati: vt vltra nõ ſer-
uiamus pctõ. Qui eñ mortuꝰ
eſt: iuſtificatꝰ eſt a peccato. Si
aũt mortui ſumꝰ cũ xp̃o: credi-
mus q̃a ſic etiã viuemꝰ cũ ip̃o:
ſciẽtes q̃ xp̃s reſurgens ex mor
tuis: iã non morit: mors illi vl
tra nõ dñabit. Q, eñ mortuꝰ
eſt pctõ: mortuꝰ eſt ſemel. Q,
aũt viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos
exiſtimate vos mortuos q̃dez
eſſe peccato: viuẽtes autẽ deo.
In xp̃o ieſu dño noſtro. Gr.
Cõuertere dñe aliquãtulũ ⁊ depre
care ſuper ſeruos tuos. ỽ. Dñe refu
giũ factꝰ es nobis a generatiõe ⁊ p-
genie. Alla. ỽ. Oẽs gẽtes plau
dite manibꝰ: iubilate deo in voce ex
ultationis. S. Matth. v.
In illo tpe. Dixit ih̃s di-
ſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeorũ.
Amen dico vobis: niſi abũda
uerit iuſticia vr̃a pluſq̃ ſcriba
rũ ⁊ phariſeorũ: nõ intrabitis
in regnũ celoꝝ. Audiſtis quia
dictũ eſt antiquis. Nõ occides
qui aũt occiderit: reus erit iu-
dicio. Ego aũt dico vobis: q̃a
oĩs qui iraſcit fratri ſuo: reus
erit iudicio. Qui autẽ dixerit
fratri ſuo racha: reus erit cõci
lio. Qui aũt dixerit fatue: reus
erit gehenne ignis. Si ergo of
fers munꝰ tuuz ad altare: ⁊ ibi
recordatꝰ fueris: q̃a frater tuꝰ
habet aliq̃d aduerſuz te: relin
que ibi munꝰ tuũ ante altare ⁊
vade p̃us recõciliari fratri tuo
⁊ tũc veniẽs offeres munꝰ tuũ.
Perfice greſſus meos in Offer.
ſemitis tuis vt nõ moueant veſtigia
mea: inclina aurẽ tuã et exaudi vba
mea: mirifica miſcdias tuas qui ſal
uos facis ſperãtes in te dñe. Secr.
Propiciare dñe ſupplicatio-
nibꝰ nr̃is: et has oblatiões fa-
muloꝝ famularũq; tuaꝝ beni-
gnus aſſume: vt qđ ſinguli ob
tulerũt ad honorẽ tui noĩs: cũ-
ctis pficiat ad ſalutẽ. Per do.
Circuibo ⁊ immolabo in Cõio.
tabernaculo eius hoſtiã iubilatiõis
cãtabo ⁊ pſalmũ dicã dño. Cõpl.
Quos celeſti dñe dono ſacia
ſti. p̃ſta queſumꝰ: vt a noſtris
mundemur occultis: et ab ho-
ſtiuz liberemur inſidiis. Per.

Feria.iiij. Ad Hebr. xij. et. xiij
F Ratres. Habem⁹ gratiā
p quā seruiamus placen
tes deo cum metu ⁊ reuerētia.
Eteni deus nr̄ ignis ↄsūmens
est. Charitas fraternitat⁹ ma
neat in vobis: et hospitalitatē
nolite obliuisci. Per hāc enim
placuerūt quidā angelis ho-
spicio receptis. Memētote vin
ctorū tāq̄ simul vincti: ⁊ labo
p̄cibus expiemur. Per. Secre.
Accepta tibi ſit dn̄e ſacrate
plebis oblatio ꝓ tuoꝛuȝ hono
re ſctōꝝ: quoꝛū ſe meritis perce
piſſe de tribulatōne cognoſcit
auxiliuȝ. Cōpl. Iugiter nos
dn̄e ſctōꝝ tuoꝝ vota letificēt: ⁊
patrocinia martyrū tuoꝛū ipſe
ſemꝑ feſtiuitates exhibeāt P.
Thymothei apl̄i Intr.
Ego aūt ſicut oliua fructifica
ui in domo dn̄i: ſperaui i miſcdia dei
mei ⁊ expectabo nomē tuū qm̄ bonū
eſt ante ɔſpectū ſctōꝝ tuoꝛuȝ. Ps.
Quid gloriaris in malicia: q potēs

Es in iniquitate. Oratio.
Da nobis q̄s dn̄e btī thi-
mothei apl̄i tui ſolēnitatibus
gl̄iari: vt ei⁹ ſemꝑ patrocinijs
ſubleuemur: ⁊ fidē ɔgrua deuo
tōne ſectemur. Alła dn̄ice. ſctē
marie. ſ. agnetis. Epl̄a. Teſti
ficoꝛ corā deo. infra de ɔfeſſore
Iuſtus vt palma floꝛebit ſi Gr.
cut cedꝛus libani multiplicabit̄ i do
mo dn̄i. v̇. Ad annūciādū mane mi
ſericoꝛdiā tuā ⁊ veritatē tuā ꝑ noctē
Alła. v̇. Iſte ē q an̄ deū magnas
v̇tutes oꝑatus eſt ⁊ oīs terra doctri
na ei⁹ repleta ē. Tract. Btūs vir
qui timet dn̄m in mādatis ei⁹ cupit
nimis. v̇. Potens ī terra erit ſemen
eius: generatio rectoꝛuȝ bn̄dicet̄. v̇.
Gloria ⁊ diuitie in domo eius iuſti
cia ei⁹ manet ī ſeculū ſeculi. Euāg.
Deſignuit dn̄s. infra de apl̄is.
Credo nō dr̄. Offer. Gloria ⁊ ho
noꝛe. vtſ̄. Secr̄. Debitum tibi
dn̄e nr̄e reddim⁹ ſeruitut̄ ſup
pliciter exoꝛātes: vt ſuffragijs
btī thymothei apl̄i tui tua in
nobꝭ mūera tuearis: cui⁹ hono
rāda ɔfeſſiōe laudis tibi hoſti
as imolam⁹. P̄fatio cōīſ. Com̄
Magna eſt gl̄ia. vtſ̄ in ꝑxio offi
cio. Cōpl. Cōſerua dn̄e pl̄m

tuū: ⁊ quez ſctōꝝ tuoꝝ ꝑſidijs
non deſinis adiuuare ꝑpetuis
tribue gaudere remedijs. Per

In ꝯmēoratōe ſcti pauli Int.

SCio cui credidi ⁊ certꝰ ſuz
q2 potēs eſt depoſitū meū ſer
uare i illū diē Pš. Celi enarrāt glo
riā dei: ⁊ opa manuū eiꝰ annunciat

DEus q̄ Oro. firmamentū
uniuerſum mūdū beati
pauli apli tui ꝑdicatōe docui-
ſti. da nobis q̄s: ut cuiꝰ hodie cō
uerſionē colimus: ꝑ eius ad te
exēpla gradiamur. P. Proie-

ADeſto ſcti martyr. Oro
dn̄e ppl̄o tuo: ut bti pie-
cti martyr. tui ꝑclara merita
ſuſcipiēs: ad impetrādā miſe-
ricordiā tuā eiꝰ ꝓcinijs adiu
uet. Per d. Ambe ſil. Cōme. de
btā ūgine. Le. actuū aplo ꝝ. ix

IN diebus illis. Saulus
adhuc ſpirans minarū ⁊
cedis i diſcipulos dn̄i: acceſſit
ad principē ſacerdotū et petijt
ab eo eplas in damaſcū ad ſy
nagogas: ut ſi q̄s inueniſſz hu
ius vie viros ac mulieres vin-
ctos ꝑduceret in ir̄lm. Et cum
iter faceret ꝯtigit ut appropin
quaret damaſco Et ſubito cir
cūfulſit eū lux de celo Et cadēs
in terrā audiuit vocē dicentez
ſibi. Saule ſaule q̄d me ꝑſeque
ris? Qui dixit. Quis es dn̄e?
Et ille. Ego ſum ih̄s quē tu ꝑ-
ſeq̄ris. Durū eſt tibi cōtra ſti-
mulū calcitrare. Et tremēs ac
ſtupens dixit. Dn̄e q̄d me vis
facere? Et dn̄s ad eum. Surge
et ingredere ciuitatem ⁊ dicet
tibi q̄d te oporteat facere Viri
aūt illi qui comitabant̄ cū eo
ſtabāt ſtupefacti: audiētes q̄dē
vocē: neminē aūt vidētes. Sur
rexit aūt ſaulus de terra: aper
tiſq3 oculis nihil videbat. Ad
manus aūt illū trahētes intro
duxerūt damaſcum: ⁊ erat ibi
tribꝰ diebꝰ nō vidēs. Et nō mā
ducauit neq3 bibit. Erat autē
q̄dā diſcipulus damaſci: noīe
ananias Et dixit ad illū in vi
ſu dn̄s. Anania. Et ille ait. Ec
ce ego dn̄e. Et dn̄s ad illū Sur
ge ⁊ vade in vicū q̄ vocat̄ rectꝰ
⁊ q̄re in domo iude ſaulū noīe
tharſenſem. Ecce eīm orat Et vi
dit viꝝ ananiā noīe introeūtē
⁊ imponētē ſibi manꝰ ut viſuz
recipiat. Rn̄dit aūt ananias.
Dn̄e audiui a multis de viro

hoc quanta mala fecerit ſctis
tuis in hieruſalē. Et hic habet
ptātem a principibus ſacerdo
tū alligādi oēs q̄ inuocant no
men tuū. Dixit aūt ad eū dn̄s
Vade qm̄ vas electōis eſt mihi
iſte: vt portet nomen meū corā
gētibus ⁊ regibꝰ et filijs iſrael.
Ego em̄ oſtendaȝ illi quanta
oporteat euȝ ꝓ noīe meo pati.
Et abijt ananias ⁊ itroiuit in
domū et imponens ei manꝰ di
xit. Saule frater. dn̄s ieſus mi
ſit me: qui apparuit tibi in via
qua veniebas vt videas ⁊ im-
plearis ſpūſctō. Et ꝯfeſtim ce-
ciderunt ab oculis eius tanq̄
ſquame: ⁊ viſuȝ recepit. Et ſur
gens baptiſatꝰ eſt. Et cū acce-
piſſet cibū: confortatꝰ eſt. Fuit
aūt cū diſcipulis q̄ erāt dama
ſci ꝑ dies aliq̊t. Et cōtinuo in-
greſſus ī ſynagogas p̄dicabat
illis ieſum. qm̄ hic eſt filiꝰ dei.
Stupebāt aūt oēs q̄ eū audie-
bant ⁊ dicebāt. Nōne hic eſt q̄
expugnabat in hirl'm eos q̄ in
uocabāt nomen iſtud? Et huc
ad h̄ venit vt vinctos illos du
ceret ad principes ſacerdotuȝ.
Saulus aūt multomagis cō-
ualeſcebat ⁊ cōfundebat iude
os q̄ habitabāt damaſci: affir
mās qm̄ hic ē xp̄s. Gr. Qui
opatꝰ eſt petro in apoſtolatu: opatꝰ
eſt ⁊ mihi int̄ gētes ⁊ cognouerūt gra
tiā dei q̄ data eſt mihi. ℣. Gr̄a dei ī
me vacua nō fuit: ſed gr̄a eius in me
ſemꝑ manet. Alla. ℣. Sctē paule
apl'e p̄dicator veritatis ⁊ doctor gen
tiū intercede ꝓ nob̄ ad deū q̄ te elegit
Dixit dn̄s ad baſan Proſa.
cōuertā: ꝯuertā in ꝓfundum
maris. Quod dixit ⁊ fecit ſaulū ꝓ
ſtrauit paulū ⁊ ſtatuit. Per verbū
ſuum incarnatum ꝑ qđ fecit ⁊ ſecl'a
Qđ duȝ impugnās audiuit: ſaule
ſaule qđ me ꝑſeq̄ris. Ego ſum ie-
ſus durū eſt tibi vt recalcitres ſtimu
lo. A facie dn̄i mota eſt terra cōtre
muitq; mox ⁊ quieuit. Dū cogni-
to credidit dn̄o paulus: ꝑſequi ceſſat
con xp̄ianos. Hinc lingua tuorū ē
canū ex inimicis rediens ad te deus.
Dum paulus ī ore oīm ſacerdotū
iura dat p̄ceptorū. Docēs crucifixū
nō eſſe aliū p̄ter xp̄m deū Cū prē q̄
regnat ⁊ ſctō ſpū cuius teſtis paulꝰ.
Hinc lingua ſacerdotū more canū
dū ꝓlinxit legis ⁊ euāgelij duos mo
lares in his cōtriuit. Corroſit vni
uerſas ſpecies medicinarū: q̄bus cu-

rant ſaucij reficiūt enutriēdi. Qui
ↄuertēdo apparuiſti xp̄e conuertens
paulū vas electū Per quē ↄuerſū⁊
nos tu viuifices xp̄e pctōres. Quo
docēte deū: mare vidit ⁊ fugit iorda
nis ↄuerſus eſt retrorſū Quia tur
ba gentiū relicto viciorum pfundo
og rege baſan cōfuſo. Te ſolū ado
rat xp̄e creatorē quem ⁊ cognoſcit in
carne veniſſe redemptorē. Tract⁹.
Qui ſeminant in la. vtē in die ſe-
baſtiani. S. Math. xix.
In illo tp̄e. Dixit ſymon
petrus ad ieſum. Ecce nos reli
quimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te.
Quid ergo erit nobis? Jeſus
autē dixit illis. Amen dico vo
bis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me:
in regeneratiōe cum ſederit fi-
lius homīs in ſede maieſtatis
ſue: ſedebit⁊ ⁊ vos ſup ſedes du
odecim: iudicantes duodecim
tribus iſrl̄. Et oīs ꝗ reliquerit
domū vel frēs aut ſorores: aut
patrē aut matrē aut vxorē aut
filios aut agros ꝑpter nomen
meū: centuplū accipiet ⁊ vitā
eternā poſſidebit. Credo dicit.
In oēm terrā exiuit ſon⁹ Offer.
eorū: ⁊ ī fines orbis terre verba eorū
Apl̄i tui pauli p̄cibus Secr.
dn̄e plebis tue dona ſanctifica
vt que tibi tuo grata ſunt in-
ſtituto: gratiora fiant patroci
nio ſupplicātis. P. Secr. Su
ſcipe dn̄e ꝓpicius munera ob-
lata: q̄ maieſtati tue beati pie-
cti martyris tui cōmēdat orō.
Per do. p̄fatio de apl̄is. Com̄
Amen dico vobis ꝙ vos ꝗ reliqui
ſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me centuplū ac
cipietis ⁊ vitā eternā poſſidebitis.
Satiaſti nos dn̄e ſalu Cōpl.
tari myſterio q̄ſs: vt p nobis
ei⁹ nō deſit orō: cui⁹ nos dona
ſti patrocinio gubernari. Per
Purificēt nos dn̄e que Cōpl.
ſumpſimus ſacramenta: ⁊ in-
tercedēte beato piecto marty-
re tuo a cunct⁊ vicijs efficiant
abſolutos. P. Policarpi mar
Beati policar tyris Orō
pi martyris tui atq; pō
tificis nos q̄ſs dn̄e tuere preſi
dijs: vt cuius natalicia deuoti
one colimus: eius interceſſiōe
ab oībus aduerſitatibus libe
remur. Per. Secr. Preſentia
munera q̄ſs dn̄e ita ſerena pi
etate intuere. vt ſancti ſpūs p-
fundant bn̄dictione: ⁊ cordib⁹
nr̄is eandē infundas p quam

ſctūs martir tu⁹ et pōtifex po-
licarp⁹ oīa tormēta ſui corpis
deuicit. P. Cōpl. Plebs tua
dn̄e ſcti policarpi martyr⁊ tui
atq; pontificis glorificatōe te
magnificet: ⁊ eodē p̄ſtāte ſemp
te mereat̄ habere ꝓtectorē. P.

B. Paule virginis Oratio

Beate paule virginis na
talicia veneranda quīs dn̄e ec
cleſia tua deuota ſuſcipiat: ⁊ fi
at magne deuotiōis amore de
uotior: ⁊ tante fidei ꝓficiat exē
plo. P. Secr. ⁊ ꝯplen. reqre in
cōi. Iohis criſoſtomi Intro.

Statuit ei dn̄s teſtamētū pa-
cis: ⁊ principē fecit eū ut ſit il
li ſacerdotij dignitas ineternū. Ps
Miſcdias dn̄i ineternum cantabo.

Da quīs oīps deus: Oro.
ut qui bti iohis criſoſto
mi natalicia recolimus: et an-
nua ſolēnitate letemur: et tāte
fidei ꝓficiam⁹ exēplo. P. Epla
Optaui ⁊ dat⁹ eſt mihi. infra
de ꝯfeſſore. Gr. Ecce ſacerdos
magnus qui in diebus ſuis placuit
deo. v. Nō eſt inuent⁹ ſilis illi q̄ con
ſeruaret legē excelſi. Alla. v. Iſte
eſt q̄ ante deū magnas virtutes opa
tus eſt: ⁊ oīs terra doctrina eius re-
pleta eſt. Proſa. Dilectus deo. in
fra de ꝯfeſſore. vel tractus. Be-
atus vir. ſupra ī die thimothei.
Euāge. Hō quidā peregre. de
cōfeſſore. Offer. Veritas mea
⁊ miſericordia mea cū ipō et in noīe
meo exaltabit̄ cornu eius. Secreta

Debitū dn̄e noſtre ſeruitutis
reddimus ſuppliciter exorātes
ut beati iohis criſoſtomi ſuf-
fragijs in nob tua munera tu-
earis: pro cuius honorāda con
feſſiōe laudis tibi hoſtias im-
molamus. P. Com. Btūs ſer
uus quē cū venerit dn̄s inuenerit vi
gilantē amen dico vobis ſup oīa bo
na ſua ꝯſtituet eum. Cōplē. Cō-
ſerua dn̄e pplm tuū ⁊ quē ſctōꝝ
p̄ſidijs non deſinis adiuuare:
intercesſione beati iohis criſo-
ſtomi ꝑpetuis tribue gaudere
remedijs. Per. Karoli magni

Imperatoris Introitus.

In virtute tua dn̄e letabit̄ iu-
ſtus: ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit
vehementer: deſiderium aīe eius tri
buiſti ei. Ps. Magna eſt gloria ei⁹
in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnū de
corem impones ſuper eum. Oro.

Deus qui ex ſupabundā-
ti fecunditate bonitatis

tue beatū karolū magnū im
peratorē ac ↄfeſſorē tuū depoſi
to carnis velamīe btē imorta-
litatis trabea ſublimaſti. con
cede nob ſupplicātibus: vt quē
ad laudē noīs tui iperij hono-
re exaltaſti in terr: piū ac ꝓpi
ciū interceſſorē apud te habere
mereamur in celis. Epła. Be-
atus vir q̄ inuē. infra de marti
re. Gꝛ. Dn̄e ꝓueniſti eū in bn̄di-
ctionibus dulcedinis: poſuiſti in ca
pite eius coronā de lapide ꝓcioſo. ℣.
Vitā petijt a te ⁊ tribuiſti ei lōgitu-
dinē dierꝫ in ſeculū ſeculi. Alła. ℣.
O ſctitatis ſpeculū diuine tu karo-
le: ꝑ ſecula hunc rege gregē xp̄i: vt te
ſequat̄ ſedulus ad gaudia ꝑhennia
pr̄ quo iā ꝑiſti. Proſa. Dilect⁹ deo
infra de ↄfeſſore. Vel tractus.
Beatus vir. vtrū ipſo die thimo-
thei. Euāg. Nemo accendit lu
cernā. infra de ↄfeſſore. Offer.
Poſuiſti in capite eius coronaꝫ de
lapide ꝓcioſo: vitā petijt a te ⁊ tribu
iſti ei. Secre. Hoſtias tibi dn̄e
ꝓ ſcti karoli magni impator
et ↄfeſſoris tui cōmemoratōne
deferimus exorantes: vt pecca
torū indulgentiā: nobiſqꝫ mē
tis ⁊ corꝑis ↄferāt ſalutē. Per

Magna eſt gloria eius in Com̄.
ſalutari tuo gloriā ⁊ magnū decoreꝫ
impones ſuꝑ eū dn̄e. Cōpl. San
ctificet nos q̄s dn̄e de⁹ ſacri cor
poris ⁊ ſanguinis tui veneran
da ꝑceptio: vt intercedēte btō
karolo magno imperatore ac
ↄfeſſore tuo ꝑ hec myſteria no
ſtre ſalut ⁊ fidei: ⁊ i p̄ſenti pec
catorū veniā ⁊ in futuro vitaꝫ
ↄſequi mereamur eternā. Per

In octā agnetis v̄ginis
Vltū tuū dep̄cabūt̄ oēs diui
tes plebis adducentur regi virgines
poſt eā ꝓxime eius adducent̄ tibi in
leticia ⁊ exultatiōe. Pš. Eructauit
cor meū verbū bonū: dico ego opera
Deus qui Oro. mea regi.
nos annua btē agnetis
virginis ⁊ martyris tue ſolen-
nitate letificas: da vt quaꝫ ve-
neramur officio: etiā pie ↄuer
ſationis ſeq̄mur exēplo. Alia
dn̄ice. ſctē marie. Epła. Dn̄e
de⁹ me⁹. de virgine. Gꝛ. Spe
cie tua ⁊ pulchritudine tua: intende
proſpere ꝓcede ⁊ regna. ℣. Propter
veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſti
ciam: ⁊ deducet te mirabiliter dexte
ra tua. Alleluia. ℣. Egregia ſpon
ſa chriſti: implora ꝓ nobis ad dn̄m

ieſum xp̄m. Tract. Audi filia et
vide ⁊ inclina aurē tuā q̄a cōcupiuit
rex ſpeciē tuā. ꝟ. Vultū tuū dep̄cabū
tur oēs diuites plebis: filie regū in
honore tuo. ꝟ. Adducent̄ regi virgi
nes poſt eā p̄xime eius offerent̄ tibi
ꝟ. Adducent̄ in leticia ⁊ exultatiōe:
adducent̄ in templū regis. Euāg.
Sil'e eſt regnū ce. theſaurō. In
fra de virgine. Offe. Diffuſa
eſt grā ī labijs tuis ppterea bn̄dixit
te deus ineternū ⁊ in ſeculum ſeculi.
Sup has q̄ſ dn̄e ho Secr.
ſtias bn̄dictio copioſa deſcen-
dat: q̄ ⁊ ſctificationē nobis cle-
mēter operet̄: ⁊ de martiris tue
agnetis nos ſolennitate letifi-
cet. P. Com. Sil'e eſt regnū ce-
lorū hoī negociatori q̄rēti bonas
margaritas inuēta vna p̄cioſa mar
garita dedit oīa ſua ⁊ cōparauit eā.
Sumpſimus dn̄e cele Cōpl.
britat' annue votiua ſacra. p̄-
ſta q̄ſ: vt ⁊ tp̄alis nobis vite
remedia p̄beant ⁊ eterne. Per
Aldegundis virginis Oratio
DEus totius amator pu-
dicicie: nobis alme vir-
ginis aldegūdis meritis et p̄ci
bus auxiliare: q̄ cū ſponſo ſibi
dilecto dn̄o nr̄o ieſu xp̄o p̄hen

ni gloriat̄ ſolēnitate. P. Secr.
Laudis hoſtias tibi ſumme
pater offerimus orātes ſctē al-
degūdis meritis tue maieſtati
gratas: nobiſq̄ꝫ pfuturas eſſe
cōcede. P. Cōpl. Sacro liba
mine vegetati q̄ſ dn̄e deus:
vt ſctē virginis tue aldegūdis
interceſſione: a p̄ſentiū inimi-
corum incurſu liberemur. Per
Victoris martiris Orō
FOrtitudo fideliū deus ⁊
martirū corona: cuius grā be-
atus victor in diuerſis crucia-
tibus extitit triūphator. ꝯcede
ppicius eius orationū ſuffra-
gijs oīm malignorū tentatio-
nibꝰ nos eſſe victores. Per do.
Preſta q̄ſ oīp̄s deus Secr.
vt nr̄e humilitatis oblatio: et
p tuorūꝫ tibi grata ſit honore
ſctōꝝ: ⁊ nos corpe pariter ⁊ mē
te purificet. Cōplē. Q̄s dn̄e
ſacramētis q̄ ſumpſimꝰ inter-
cedente beato victore martire
tuo ad redēptiōis eterne p̄fici-
amꝰ augmētū. Ignatij mart.
SAcerdotes tui dn̄e induant
iuſticiā ⁊ ſcti tui exultent: p-
pter dauid ſeruū tuū nō auertas fa-
ciem xp̄i tui. Ps. Memento dn̄e da

nid ⁊ oĩs mãſuetudinis eius. Orõ
Sanctus tu⁹ martir igna
ti⁹ q̃s dñe nos vbiq; leti
ficet: vt dũ eius merita in p̃ſen
ti feſtiuitate recolimus: in au-
gmẽto virtutis ipſi⁹ ⁊ patroci
nia ſentiam⁹. ꝑ Epl'a. Doctri
nis varijs. infra de confeſſore.
Inueni dauid ſuũ meũ oleo Gr.
ſctõ vnxi eũ manus eũ mea auxilia
bit ei ⁊ brachiũ meũ ꝯfortabit eũ. ℣.
Nihil ꝓficiet inimicus in eo et filius
iniq̃tatis non nocebit eũ. Alla. ℣.
Poſuiſti dñe in capite eius coronã
de lapide p̃cioſo. pſa. Spe merce.
infra de martire. Euãg. Hõq-
dã pegre. infra de ꝯfeſſo. Off.
Veritas mea ⁊ miſcdia mea cum
ipõ ⁊ i noĩe meo exaltabit̃ cornu ei⁹
Hoſtias dñe q̃s noĩ Secreta
tuo cõſecrãdas offerimus ſcti
ignacij martyris tui ꝓſequat̃
orõ: ꝑ quas nos expiari tribu
as ⁊ defendas. P. Cõ. Semel
iuraui dauid in ſctõ meo ſemẽ ei⁹ in
eternũ manebit ⁊ thron⁹ ei⁹ ſicut ſol
in cõſpectu meo: ⁊ ſicut luna ꝑfecta ĩ
eternũ: ⁊ teſt' in celo fidelis. Cõpl.
Beati ignacij martyris tui
dñe interceſſione nos adiuua:
ꝑ cuius ſolennitate percepimus
tua ſctã letãtes. Per. Brigide
Dilexiſti iuſticiã ⁊ vginis.
odiſti iniq̃tatẽ ꝓpterea vnxit
te deus deus tuus oleo leticie p̃ ꝯſor
tibus tuis. Ps. Eructauit cor meũ
verbũ bonũ dico ego opa mea regi.
Exaudi nos de⁹ ſa Orõ.
lutaris nr̃: vt ſicut beate
vginis brigide feſtiuitate gau
demus: ita pie deuotõis erudi
amur effectu. Per. Alia dñice.
ſctẽ marie. Epl'a. Qui gloriat̃.
infra de virgine. Gr. Specie
tua ⁊ pulchritudine tua intẽde ꝓſpe
re ꝓcede ⁊ regna. ℣. Propter verita-
tẽ ⁊ mãſuetudinẽ ⁊ iuſticiã: ⁊ dedu-
cet te mirabilit̃ dextera tua. Alla.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:
ꝓpterea benedixit te deus ineternũ.
Tract⁹. Qui ſeminat. ſupra de
ſctõ ſebaſtiano. Euãg. Simi-
le eſt regnũ celorũ decem virg.
infra de virgine. Offer. Filie
regũ in honore tuo aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato cir-
cundata varietate. Secr. Acce-
pta ſit tibi dñe ſacrate plebis
oblatio ꝓ tuorum honore ſan
ctorũ: quorum ſe meritis percepiſſe
cognoſcit de tribulatiõe auxi-
liũ. P. Com. Diffuſa eſt gratia

in labiis tuis ꝓpterea bñdixit te deꝰ in eternū. Cōplē. Satiaſti dñe familiā tuā muneribꝰ ſacris: eius qs ſemꝑ interuentōe nos refoue cuiꝰ ſolēnia celebramꝰ.

In purificatiōe btē marie primū in hūc modū bñdicēt cerei.

Adiutoriū nrm in noie dñi. Orō.

Exaudi qs dñe plebē tuā: et q̄ extrinſecꝰ tribuis annua deuotiōe venerari: interiꝰ aſſequi grē tue luce ꝯcede. Per

Omīps ſempiterne Orō. deus q hodierna die vnigenitū tuū vlnis ſancti ſymeonis ī tēplo ſctō tuo ſuſcipiēdū pñtaſti: tuam ſupplices deꝓcamur clementiā: vt hos cereos quos nos tui famuli in tui nominis magnificentiam ſuſcipientes geſtare cupimus luce accenſos: bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare atqȝ lumine ſupne bñdictōis accēdere dignerꝭ. qtinus eas tibi dño deo nrō offerēdo digne: ⁊ ſancto igne tue dulciſſime charitatis accēſi in tēplo ſctō glorie tue pñtari mereamur. Per c. Oratio.

Domine deus oīps creator celi ⁊ terre rex regum ⁊ dñs dominantium: exaudi nos indignos famulos tuos clamātes ⁊ orantes ad te. Precamur ergo te dñe ſctē pater oīps eterne deus: qui oīa ex nihilo creaſti: ⁊ iuſſu tuo ꝑ opa apū hūc liquorē ad ꝑfectionē cere uenire feciſti. et qui hodierna die iuſti ſymeonis petitionē impleſti. te ſuppliciter deꝓcamur: vt has cādelas ad vſus hominum ꝑ inuocationē ſctī noīs tui et interceſſionē ſctē marie virginis et genitricis tue: cuiꝰ hodie feſta deuote colimus: et ꝓces oīm ſctōꝝ tuoꝝ bñ ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris: vt hec plebs tua honorifice illas portans in manibus: cantando teqȝ laudādo tu exaudias illius vocē de celo ſancto tuo ⁊ de ſede maieſtatꝭ tue: propiciuſqȝ ſis omnibus clamātibus ad te quos redemiſti ꝓcioſo ſanguine tuo. Qui cū deo patre et ſpiritu ſctō viuis.

Benedic dñe Bñdictio. ieſu xpē hanc creaturā cere ſupplicantibus nobis: et infunde ei per crucis tue virtutem bñ ✠ dictionem celeſtem

vtq̄ eā ad repellēdas tenebꝛas
humano generi tribuiſti: taliṫ
ſignaculo cru ✠ cis tue foꝛti-
tudinē ⁊ bn̄ ✠ dictionē accipi
at: vt in q̄buſcūq̄ʒ locis accen-
ſa ſiue poſita fuerit diſcedat et
cōtremiſcat diabolus: et fugi-
at pauidus cū oīb⁹ miniſtris
ſuis de habitatōībus illis q̄b⁹
famulantes deo habitāt. Pꝛo
inde ſupplices te dn̄e q̄s vt mit
tas ſctm̄ angelū tuū raphaelē:
q̄ euulſit ⁊ repulit a ſara ⁊ tho-
bia demonē moꝛtiferū eos infe
ſtantē: vt cōterat illū ⁊ diſper-
dat de cunctis habitaculis co
lētiū deū: de baſilicꝫ: de domi-
b⁹: de angul̓: de lectulis: de refe
ctoꝛijs: de vniūſis locis ī q̄buſ-
cūq̄ʒ famulātes deo habitāt ⁊
reqeſcūt: doꝛmiūt: vigilāt aut
ambulāt ⁊ ꝯſiſtunt: nec valeat
ampli⁹ inq̄etare vl̓ pauoꝛes im
mittere ſup illos q̄s ſcti crīſma
tis tui vnctio fec̄ eſſe munitos.

Bene ✠ dico **Bn̄dictio.**
te cera in noīe xp̄i et ſctē
trinitatis: vt ſis exterminatio
diaboli ⁊ oīm cōtubernalium
eius. Per oīa ſecula ſeculoꝛuʒ.
Amē. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū
tuo. Surſum coꝛda. Habem⁹.
Grās agamus dn̄o deo nr̄o.

Eterne deus fons **Ofo.**
et oꝛigo totius luminis:
qui mūdū illuminaſti lumine
tue claritatꝫ mittēdo nob̄ vni-
genitū tuū p̄ vterū intemerate
virginis: ⁊ quē longe ante pꝛo
miſiſti: pph̄arū oꝛaculis: ip̄m
miſiſti lucē ppl̓is ſedētibus in
tenebꝛis: in regiōe vmbꝛe moꝛ-
tis habitātib⁹ ipſa claritas ex
oꝛta eſt. Te igiṫ dep̄camur: vt
candelas tuo noī pꝛeparatas:
tua bn̄dictione digneris bene-
di ✠ cere: q̄ nos tranſtuliſti a
ptāte tenebꝛarum in lucē: ⁊ re-
gnū filij tui exoꝛtū eſt ⁊ lumen
rectis coꝛde: ⁊ gaudiuʒ ſalutis
eterne. Et q̄ iuſtū ſymeonē fide
li īpleſti expectatiōe: vt nō p̄us
moꝛtē videret an̄q̄ eūdeʒ xp̄m
videret carne indutū: toti⁹ mū
di lumen: ſalutari nos lumine
tue claritatis repleas: ⁊ oēs in
fidelitatꝫ tenebꝛas a nob̄ repel
las: ⁊ ſicut ſeruū tuū hodie di-
miſiſti ī pace: ita in pace eccl̓ie
tue nos gubernare dignerꝫ: vt
poꝛtū eṫne q̄etꝫ valeam⁹ intra
re: q̄ten⁹ radijs vere lucis p̄fuſi

ibi ī die examinis leti cū hym-
nidicis angeloꝝ choꝛis valeā-
mꝰ videre faciē indefeſſi ſolis.
Quia ꝑ ſereniſſimaꝫ ac placi-
diſſimā ſtellā genitricē tuā cu
ius ſacratiſſimū nomen ꝑ in-
enarrabile atqꝫ ineffabile me-
ritū ſtella maris interꝑtatꝰ hu
manū genꝰ illuminare digna-
tus es ꝑ hoc maximo gaudio
hodierna die oꝛātes. ⁊ ideo in
manibꝰ nr̄is venerabiliter cā-
delas ferētes ⁊ inceſſabili voce
clamātes petimus: vt ꝑ dulciſ
ſimo amoꝛe et clemētiſſima in
terceſſiōe tue genitric(is) ſempqꝫ
virginis marie nos indignos
famulos tuos ꝑcioſiſſimo ſan
guine tuo redēptos te eťno ac
vero lumine facias clemēter ꝑ
frui. Qui cū deo pr̄e ⁊ ſctō ſpū
viuis ⁊ regnas deꝰ: ꝑ oīa ſecu-
la ſeculoꝛuꝫ. Deinde aſꝑganť
aqua bn̄dicta et thurificenť et
diſtribuanť cantādo hāc añ.
Lumen ad reuelationē gentiū: et
gloꝛiā plebis tue iſrł. Ps̄. Nūc di
mittis. Et ſic ꝑ totū pſalmum
om̄s v̄. canunť: ⁊ poſt quelibet
v̄. añ. reiteratur. Oro.
Domine ieſu xp̄e q̄ hodi-
erna die ī nr̄e carnis ſubſtātia
inť hoīes apparēs in tēplo es a
parētibꝰ pn̄tatꝰ: quē ſymeō ve-
nerabilis ſenex lumīe ſpūſſcti
irradiatꝰ agnouit: ſuſcepit ⁊ bn̄
dixit. ꝯcede ꝓpiciꝰ vt eiuſdē ſpi
rituſſcti illūīati gr̄a atqꝫ edo
cti te veraciť agnoſcamꝰ ⁊ fide-
liť diligamꝰ. Qui cū de.
Illumina q̄s dn̄e Oro.
ꝓpłm tuū: ⁊ ſplēdoꝛe gr̄e tue coꝛ
eiꝰ ſꝑ accēde: vt ſaluatoꝛē ſuuꝫ
inceſſanť agnoſcat ⁊ veraciter
apphēdat dn̄m nr̄m. Interim
oꝛdinať pceſſio ⁊ ſequētes añe
incipiāť ad pceſſionē. Aue gr̄a
plena. Adoꝛna thala. Rn̄ſum acce-
pit ſymeon. Intrādo eccleſiā añ
Cum inducerēt puerꝫ ieſum. v̄. Dif
fuſa ē gr̄a ī labijs tuis ꝓpterea bn̄di
Perfice in Oro. xit te deꝰ.
nobis q̄s dn̄e gr̄aꝫ tuā:
q̄ ſymeōis expectatiōeꝫ īpleſti:
vt ſicut ille moꝛtē nō vidit pˀus
q̄ xp̄m dn̄m videre mereretur:
ita nos vitā obtineamꝰ eternā
Per eūdē. In itroitu choꝛi añ.
Hodie beata vgo. Ad miſſā Int
Suſcepimus deus miſericoꝛ-
diaꝫ tuā in medio templi tui
ſcd̄m nomen tuū deus ita ⁊ laus tua

in fines terre iuſticia plena eſt dexte-
ra tua. Pſ. Magnus dñs ⁊ lauda
bilis nimis ĩ ciuitate dei nr̃i in mõ-
O Mñps ſem Oro. te ſctõ eiꝰ
piterne deus maieſtatẽ
tuã ſupplices exoramꝰ: ut ſicut
unigenitus filius tuus hodier
na die cũ nr̃e carnis ſubſtãtia
in tẽplo eſt p̃ntatus: ita nos fa
cias purificatis tibi mẽtibꝰ p̃-
ſentari. Per eũd. L. Malachie
H Ec dicit dñs de pphe.iij.
us. Ecce ego mitto ange
lũ meũ ⁊ p̃parabit viã ante fa
ciẽ meã: et ſtatim veniet ad tẽ
plũ ſctm̃ ſuũ dñator quez vos
queritis: et angelus teſtamẽti
quez vos vultis. Ecce venit di
cit dñs exercituũ Et quis pote
rit cogitare diẽ aduẽtus eius?
Et q̃s ſtabit ad videnduz eũ?
Ipſe eñ quaſi ignis ꝯflans et
quaſi herba fullonuz. Et ſede
bit ꝯflans ⁊ emũdans argẽtũ
et purgabit filios leui: et cola-
bit eos quaſi aurũ ⁊ quaſi ar-
gẽtũ. ⁊ erũt dño offerẽtes ſacri
ficia in iuſticia: ⁊ placebit deo
ſacrificiũ iuda ⁊ hirlm ſic̃ dies
ſeculi ⁊ ſicut ãni antiq̃. Dicit
dñs opš. Gr. Suſcepimꝰ deus
miſericordiã tuã ĩ medio templi tui
ſcm̃ nomen tuũ deus ita ⁊ laus tua
in fines terre. V. Sicut audiuimus
ita et vidimus in ciuitate dei nr̃i in
monte ſctõ eiꝰ. Alla. V. Poſt par
tum v̊go inuiolata p̃manſiſti dei ge-
nitrix intercede pro nobis. Proſa.
C Oncentu parili hic te maria
venerat̃ ppl's: teq3 colit piis
cordibus. Generoſi abrae tu filia
verãda regia de dauidis ſtirpe ge
nita Sanctiſſima corpe caſtiſſima
moribuſq3 oĩm pulcerrima v̊go vir
ginũ. Letare virgo ⁊ mater nobi
lis gabrielis archãgelico q̃ oraculo
credula genuiſti clauſa filiũ. In cu
ius ſacratiſſimo ſanguine emundat̃
vniuerſitas pditiſſimi generis vt p-
miſit deꝰ abrahe. Te virga arida
aaron flore ſpecioſa p̃figurat maria
ſine viri ſemine nato floridaz. Tu
porta iugiter ſerata quaz ezechielis
vox teſtat̃ maria ſoli deo peruia eſſe
crederis. Sed tu tñ mr̃is virtutuz
dum nobis exemplũ cupiſti cõmen-
dare ſubiſti remediũ pollutis ſtatu-
tum matribus. Ad templũ detuli
ſti tecũ mũdandũ qui tibi integrita
tis decus: deꝰ homo genitus ad au-
xit intacta genitrix. Letare quam
ſcrutator cordis ⁊ renũ pbat habitat

tu ꝑprio ſinglarit dignã: ſctã maria
Exulta cui paruulus arriſit tunc
maria: q letari oĩbus ⁊ cõſiſtere ſuo
nutu tribuit Ergo quiqꝫ colimus
feſta ꝑuuli xp̃i ꝓpter nos facti eiuſqꝫ
pie matris marie. Si nõ dei poſſu
mus tantã exequi tardi humilitatẽ
forma ſit nobis ei⁹ genitrix Laus
pr̃i glorie qui ſuum filiuꝫ gentib⁹ et
populis reuelans iſrael nos ſociet.
Laus eius filio qui ſuo ſanguine
nos pr̃i cõcilians ſupnis ſociauit ci
uibus. Laus qꝫ ſancto ſpiritui ſit
ꝑ euũ Amen. vel Letabũdus. que
habet ſupra in feſto circũciſio-
nis. Si eſt in. lxx. vel in. lx. dr
tractus. Gaude maria ṽgo cun-
ctas hereſes ſola ĩteremiſti. ṽ. Que
gabrielis archangeli dict⁹ credidiſti
ṽ. Duꝫ virgo deũ ⁊ hoĩem genuiſti
⁊ poſt partũ ṽgo inuiolata ꝑmanſi-
ſti. ṽ. Dei genitrix intercede ꝑ nob.
Poſtq̃ imple. S. Lucã. ij
ti ſunt dies purgatiõis
marie ſm legeꝫ moyſi tulerũt
ieſuꝫ ĩ hirlm vt ſiſterẽt eũ dño
ſicut ſcriptuꝫ eſt in lege dñi: qa
omne maſculinuꝫ adaperiens
vuluã ſanctũ dño vocabit. Et
vt darent hoſtiã ſm qđ dictũ
eſt in lege dñi Par turturꝫ aut
duos pullos columbaꝫ. Et ec
ce homo erat in hirlm cui no-
men ſymeon. ⁊ hõ iſte iuſtus ⁊
timoratus: expectãs ɔſolatio-
nẽ iſrael. Et ſpũs ſctũs erat in
eo. Et reſpõſum acceꝑat a ſpi-
ritu ſctõ: nõ viſurum ſe mortẽ
niſi prius videret xp̃m dñi. Et
venit in ſpũ in templũ Et cum
inducerent puerũ iħm parẽtes
eius: vt facerẽt ſm conſuetudi
nem legis ꝑ eo. Et ipſe accepit
eũ in vlnas ſuas: ⁊ bñdixit de
um ⁊ dixit. Nunc dimittis ſer
uũ tuũ dñe: ſm verbũ tuum in
pace. Quia viderũt oculi mei:
ſalutare tuũ. Qđ paraſti ante
faciem omniũ ppłoꝝ. Lumen
ad reuelationẽ gentiũ: ⁊ glori-
am plebis tue iſrł. Offꝫ. Dif
fuſa eſt gr̃a ĩ labijs tuis: ꝓpterea be
nedixit te deus ineternum. Secret.
Exaudi dñe p̃ces nr̃as: et vt
digna ſint munera que oculis
tue maieſtatis offerimus: ſub
ſidium nobis tue pietatis im-
pẽde. Prefatio. Quia ꝑ incarna.
Reſpõſuꝫ accepit ſymeon Com
a ſpũ ſctõ nõ viſurum ſe mortem ni-
ſi videret xp̃m dñi. Cõpl. Q̃ũs
dñe de⁹ noſter vt ſacroſancta

myſteria que pro reparatiõis
nr̃e munimẽto cõtuliſti: inter=
cedente beata maria ſemꝑ vir
gine et p̃ſens nobis remediuꝫ
eſſe facias ⁊ futurũ. Per dñm.
Blaſij martyris Intr̃.
L Etabit̃ iuſtus in dño ⁊ ſpera
bit in eo ⁊ laudabunt̃ oẽs recti corde
Ps̃. Exaudi deꝰ orõnẽ meã cũ dep̃
cor a timore inimici eripe aĩam meã
Oro
P Reces pp̃li tui dñe
qm̃s clemẽter exaudi: vt
qui bti blaſij martyris tui at=
qꝫ pontific̃ ſolẽnia colimꝰ: eiꝰ
apud te merit̃ adiuuemur. P.
Epl̃a. Doctrinis varijs. infra
de cõfeſſore. Gr̃. Poſuiſti dñe
ſuꝑ caput eiꝰ coronaꝫ de lapide p̃cio
ſo. ṽ. Deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei
⁊ voluntate labiorũ eius nõ frauda
ſti eum. Alleluia. ṽ. Letabitur iu
ſtus in dño ⁊ ſperabit in eo ⁊ lauda
bũtur oẽs recti corde. Proſa. Spe
mercedis. de martyre. Tractus
Btũs vir. vt̃s in die thimothei.
Euãg. Si quis vult venire. in
fra de martire. Offer. Gloria
⁊ honore coronaſti eũ ⁊ cõſtituiſti eũ
ſuꝑ opa manuũ tuaꝝ dñe. Secret̃.
Suſcipe qm̃s dñe munera di
gnanter oblata: ⁊ beati blaſij
ſuffragãtibus meritis ad nr̃e
ſalutis auxilium ꝑuenire con=
cede Per. Cõm̃. Qui vult veni
re poſt me abneget ſemetip̃m et tol=
lat crucem ſuã ⁊ ſequat̃ me. Cõpl̃.
Satiaſti dñe familiaꝫ tuam
muneribus ſacris eius q̃s ſem
per interceſſiõe nos refoue cu=
ius ſolennia celebramus. Per
Agathe virginis. Gaudeamus
oẽs. vt̃s in die barbare. Orõ.
D Eus qui inter cetera po
tentie tue miracula etiã
in ſexu fragili victoriã marty=
rij cõtuliſti. cõcede ꝓpicius: vt
cuius natalicia colimus: ꝑ eiꝰ
ad te exempla gradiamur. P.
Epl̃a. Sapiã vincit maliciaꝫ.
de virgine. Gr̃. Adiuuabit eã
deus vultu ſuo: deus in medio eius
nõ cõmouebit̃. ṽ. Fluminis impetꝰ
letificat ciuitatẽ dei ſanctificauit ta=
bernaculum ſuũ altiſſimus. All'a
ṽ. Egregia ſpõſa xp̃i implora ꝓ no=
bis ad dñm ieſuꝫ xp̃m. Proſa. Ex
ultent filie ſion. infra de virgine
Tractꝰ.
Q ui ſeminãt in lachry
mis in exultatõe metent. ṽ. Euntes
ibant ⁊ flebãt mittentes ſemina ſua
ṽ. Venientes aũt venient cum exul
tatione: portãtes manipulos ſuos.

Eu.ãg. Sile eſt reg. ce. decẽ vir.
infra de virgine. Offer. Offe
rent regi virgines poſt eã ꝓxime eiꝰ
offerent tibi. Secr. Suſcipe do-
mine munera que ĩ beate aga-
the martyris tue ſolẽnitate de
ferimꝰ: cuiꝰ nos ꝯfidimꝰ patro
cinio liberari. P. Com. Qui
me dignatus eſt ab oĩ plaga curare
et mamillas meas meo pectori reſti
tuere ipm̃ inuoco deũ viuũ. Cõplẽ.
Auxilient nobis dñe ſumpta
myſteria: ⁊ ĩtercedẽte btã aga
tha martire tua: ſempiterna ꝓ
tectiõe cõfirment. P. Nota ꝙ
infra. lxx. ⁊. xl. tractus de ſctis
hoc modo cantent De ſctõ ſpi
ritu. De ſctã trinitate. De cor
pore xp̃i. De ſctã cruce. Lauda
te dñm oẽs gentes. vtſ̃ in officio
de corpe xp̃i patuit. De dedi-
catiõe eccſie vel altaris. Qui cõ
fidunt. vtſ̃ in officio de dedica
tiõe. In miſſa ꝓ pctis Dñe non
ſcdm̃. vt in die ciner. De beata
virgine. Laus tibi xp̃e. vt in die
purificatõis. Siue. Aue maria.
vel. Gaude maria. vt infra ĩ cõi
officio btẽ virginis. De apl̃is
⁊ martyribus et virgine mar-
tyre. Qui ſeminãt. De vno mar
tyre ⁊ confeſſore nõ pontifice.
Deſideriũ aĩe eiꝰ. De confeſſore
⁊ põtifice ⁊ de ſctõ thimotheo.
Beatus vir De vgine nõ mar-
tyre. Audi filia. Dorothee vir-
ginis vtſ̃ de ſctã agatha. ꝑter
OMp̃s ⁊ mĩ oronẽ. Oro.
tiſſime deus in cuiꝰ noie
glorioſa virgo et martyr doro
thea multorũ tormentoꝝ gene
ra ſuperauit: te ſuppliciter exo
ramꝰ: vt eius interuẽtu cũcta
pericula deuincamus: ipſamqꝫ
piam ac celerẽ adiutricẽ in no
ſtriſ neceſſitatibꝰ ſentiamꝰ. P.
Alla. ṽ. Tu virtutũ tũba: ſine fel-
le colũba glorioſa dorothea nos tue
re ne rumphea demonis ſuccidat nec
tartaro collidat. Proſa.
Pſallat concors ſimphonia
laudes pangat armonia: cũ ſonora
melodia: cordiſqꝫ tripudio In hoc
feſto letabundo dorothee corde mũ-
do: ſono plaudat vox iocundo neu-
matũ ꝑludio. O generoſa xp̃i ver-
na neuo carens ⁊ lucerna mũdo lu-
cens ac pincerna vina donãs myſti
ca. Paradiſi tu colona q̃ ꝓ malis
reddis bona ſcribe mittis celi dona
roſas mala piſtica. Vitam ducis
angelorũ dum in carne ꝑter forũ car

nis viuis: ſpetuēs thorūz viri ꝓpter
dñm. Preco xp̄i q̄ ꝓphanos deos
ſternis et paganos fide veſtis et ſic
vanos mores reg̃ hoīm. Pulchra
choruſcās puella in etate nā tenella
te ſuccidūt dira bella ſub duce fabri
co. Vinculata macerar̃ ī cathaſta
cruciaris vultu ceſa flagellaris om̄i
carēs vicio Gens ꝑuerſa male ſpei
quā dū docens verbū dei lumen tue
faciei ꝯterit cum baculis. In te di
ctat tormētales penas ſeuas ⁊ leta-
les duz mamillas virginales tuas
cremat faculis. Supplicamꝰ nos
tuere ⁊ pctā fac timere martir xp̄i cō
fer vere tp̄s indulgētie. Virgo bo
na crimē terge victū dona mores re
ge ne dānemur graui lege cauſa ne-
gligentie. Pugil xp̄i dorothea tua
nos virtute bea: vt ſoluti a pctīs aſ
ſociemur btīs cum condigno p̄mio.
Deū nobis fac placatū vt poſt hu
ius incolatū ſecl'i locū det optatū in
celeſti gremio Amē. vel. Exultēt fi
lie ſyon. infra de virgine. Secr.
Suſcipe dn̄e munera q̄ in be-
ate martyris tue dorothee ſolē
nitate deferimus: cuiꝰ nos cō-
fidimꝰ patrocinio liberari. P.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti ini Cō.
quitatez ꝓpterea vnxit te deus deus

tuus. Cōpl'. Auxilientᷣ nobis
dn̄e ſumpta myſteria: ⁊ inter-
cedēte beata dorothea marty
re tua ſempiterna ꝓtectiōe cō-
firmēt. P. Vedaſti ⁊ amandi.
Sacerdotes tui d. vt s̄ i die igna
Vorū nos qn̄s ciij. Oro
dn̄e p̄cibus tuere ſctōꝝ
vt feſta pōtificū tuoꝝ vedaſti
⁊ amandi ſine ceſſatione vene
rantes ⁊ fideli muniamur au
xilio: et magnifico ꝑficiamus
exēplo. P. Ep'la. Plures facti
ſunt ſa. de ꝯfeſſore. Gr. Sa-
cerdotes eius induāt ſalutare ⁊ ſan
cti eius exultatōe exultabūt. ỽ. Il-
luc ꝓducā cornu dauid paraui lucer
nā xp̄o meo. All'a. ỽ. Gaudete iu
ſti in dn̄o: rectos decet collaudatio.
Euāge. Sint lumbi vr̄i. infra
de cōfeſſore. Offer. Exultabūt
ſcti in gl'ia: letabunᷣ in cubilibus ſu
is: exultationes dei in faucibus eoꝝ
Munera plebis tue q̄s Secr.
dn̄e ſanctoꝝ tuoꝝ tibi fiāt gra
ta ſuffragijs: ⁊ quoꝝ cōmemo
ratiōe tuo noī offerunᷣ: ipſoꝝ
digna efficianᷣ ⁊ meritis. Per
Iuſtoꝝ anīe in manu dei Com.
ſunt ⁊ nō tanget illos tormētū ma-
licie: viſi ſunt oculis inſipientiū mo

ri illi aũt ſunt in pace. Cõpl. Na
talicijs ſctõꝝ tuorũ ⁊ ſacramẽ-
tis tuis dñe vegetati. q̃s: vt bo
nis q̇bus nunc ꝑ gratiã tuã fo
uemur: ꝑfruamur eternis. P.
De ſctã Appolonia virgine.
Gaudeamus oẽs. vt̃s in die bar
bare. Orõ.
Eterne ac mi
tiſſime deus qui ad tol-
leranda ꝑ tui noĩs gloria car-
nis tormenta ſpũ fortitudinis
electos tuos roborare nõ deſi-
ſtis. cõcede ꝓpicius: vt qui bea
te appolonie virginis ac mar-
tyris tue: quaꝫ excuſſus ꝑ tui
noĩs cõfeſſione dentibus acer
biſſima morte ab hoſte mali-
gno triumphare feciſti: marti
rium recolimꝰ: meritis ipſius
ac precibus a dolore dentiũ: et
ab omni periculo corpis ⁊ aĩe
ꝓtegi ac eripi mereamur. Per
Epſa. Confitebor tibi. Infra
de virgine. Gꝛ. Dilexiſti iuſti-
ciã ⁊ odiſti iniquitatem. ỽ. Propte-
rea vnxit te deus deus tuus oleo le-
ticie. Alla. ỽ. Adorabo ad tẽpluꝫ
ſanctũ tuũ ⁊ cõfitebor noĩ tuo. pſa.
Exultẽt filie ſyon. infra de virgi-
ne. vel tractus. Qui ſeminãt. ſu-
pra in die agathe. Euãg. Siſte

eſt reg. ce. de. ỽ. infra de virgi-
ne. Offer. Offerentur regi v̇gines
poſt eaꝫ ꝓxime eius offerentur tibi.
Hoſtias tibi dñe beate Secr
appolonie martyris tue dica-
tas meritis benignꝰ aſſume: ⁊
ad ꝑpetuuꝫ nobis tribue ꝓue-
nire ſubſidiũ. P. Coñ. Prin
cipes ꝑſecuti ſunt me gratis ⁊ a ver-
bis tuis formidauit cor meum: leta
bor ego ſuꝑ eloquia tua ſicut qui in
uenit ſpolia multa: ↄcupiuit anima
mea teſtimonia tua dñe: ⁊ dilexit ea
vehemẽter. Cõpl. Adiuuẽt nos
q̃s dñe hec myſteria ſancta
que ſumpſimus: ⁊ beate appo
lonie interceſſio venerãda P.
Scolaſtice virginis Intr. Vul
tum tuum. vt̃s. in octã agnetis
Familiã tuã q̃s Orõ.
dñe meritis beate ſcola-
ſtice v̇ginis tue ꝓpicius reſpi-
ce: vt ſicut ipſius ꝑ̃cibus ad ob
tinendũ q̃d cõcupiuit imbrem
celitus deſcẽdere feciſti: ita eiꝰ
ſupplicatõnibus ariditatẽ cor
dis nr̃i ſupne gr̃e rore digner
ꝓfundere. P. Epſa. Dñe deus
meus. de v̇gine. Gꝛ. Diffuſa
eſt gr̃a in labijs tuis: ꝓpterea bene-
dixit te deus ineternum. ỽ. Propter

veritatẽ ⁊ manſuetudinẽ ⁊ iuſticiã ⁊
deducet te mirabiliter dextera tua.
Alla. ṽ. Specie tua ⁊ pulchritudi
ne tua intẽde ꝓſpere ꝓcede et regna.
Tract⁹ Audi filia. vrs̃ in octa-
ua agnetis. Euãg. Siĺe eſt re.
re.the. infra de virgine. Offr̃.
Offerent̃ regi virgines poſt eã ꝓ-
xime ei⁹ offerent̃ tibi in leticia et ex-
ultatõe adducent̃ in tẽplũ regi dño.
Suſcipe qſ̃s dñe ob Secre.
honorẽ ſctẽ virginis tue ſcola-
ſtice munus oblatũ: vt qd̃ no-
ſtris meritis aſſequi non vale
mus: eiuſdẽ ſuffragãtibus me
ritis largire ꝓpicius. P. Com̃
Siĺe ẽ regnũ celoꝝ hoĩ negociatori
ꝗ̃rẽti bonas margaritas: ĩuẽta vna
ꝓcioſa margarita dedit oĩa ſua ⁊ cõ
parauit eam. Cõplẽ. Quos cele
ſti dñe refectõne ſatiaſti: qſ̃s
beate ſcolaſtice ꝓcibus a cun-
ctis erue ꝓpicius aduerſis. P.
Sotheris martyr̃. ſola cõme
Preſta moratio. Orõ.
qſ̃s oĩps deus: vt ſctẽ ſo
theris cuius humanitatis cele
bramus exordia: martyrij bñ-
ficia ſentiam⁹. P. Secr̃. Pre
ces nr̃as qſ̃s dñe ꝓpiciat⁹ ad
mitte: ⁊ dicatuꝫ ſacrificiũ tibi

beate ſotheris martyr̃ orõ cõ
mẽdet. P. Cõplẽ. Sancte ſo-
theris martyr̃ cõfidentes ꝓci
bus qſ̃s dñe: vt ꝑ ea q̃ ſumpſi
m⁹: eterna remedia capiam⁹.
Eulalie ṽginis ſola cõmemo-
Deus q̃ nos ratio. Orõ.
beate eulalie virginis et
martiris tue annua ſolennita
te letificas. cõcede ꝓpicius: vt
eius adiuuemur meritis: cui⁹
caſtitatis irradiamur exẽplis
Fiant dñe grata tuo Secre.
cõſpectui munera ſupplicant̃
eccleſie: ⁊ intercedẽte beata eu-
lalia ṽgine ac martyre tua no
ſtre ſaluti ꝓficua. Per. Cõplẽ.
Sancte virginis ⁊ martyris
tue eulalie ꝓcibus cõfidentes.
qſ̃s dñe: vt ꝑ ea que ſumpſi-
mus eterna remedia capiam⁹
Per. Valentini martyr̃ Int.
In virtute tua dñe letabit̃ iu-
ſtus ⁊ ſuꝑ ſalutare tuuꝫ exul-
tabit vehemẽter: deſideriuꝫ aĩe eius
tribuiſti ei. Ps̃. Magna eſt gloria
eius in ſalutari tuo: gloriã ⁊ magnũ
decorem impones ſuꝑ eum. Orõ.
Preſta qſ̃s omps deus
vt qui bti valẽtini mar
tiris tui natalicia colim⁹ a cũ-

ctis malis imminētibus eius
interceſſione liberemur. Epſa.
Btūs vir qui inuen. Infra de
martyre. Gr. Beatus vir q̄ ti-
met dn̄m in mādatis eius cupit ni-
mis. ℣. Potēs in terra erit ſemē ei⁹:
generatio rectorū benedicet. Alla
℣. Letabit iuſtus in dn̄o ⁊ ſperabit
in eo ⁊ laudabunt omēs recti corde.
Tract. Deſideriū anie. vt in die
agathe. Euāg. Si qs vult poſt
me ve. infra de martyre. Offer.
In virtute tua letabit iuſtus ⁊ ſu-
per ſalutare tuū exultabit vehemen
ter deſideriū anime eius tribuiſti ei:
Oblatis q̄s dn̄e placa Secr.
re muneribus: ⁊ intercedēte be
ato valētino martire tuo a cū
ctis nos defende periculis. P.
Magna eſt gloria eius in Com.
ſalutari tuo gloriā ⁊ magnū decorē
impones ſup eū dn̄e. Cōpl. Sit
nobis dn̄e reparatio mentis ⁊
corpis celeſte myſteriū: vt cui⁹
exequimur cultū: ſentiam⁹ effe
ctū. P. Iuliane vḡinis Intr.
Loquebar de teſtimoniis tu-
is in ɔſpectu regū ⁊ nō ɔfun
debar ⁊ meditabar in mādatis tuis
que dilexi nimis. Ps. Beati ima-
culati in via q̄ ambulāt in lege dn̄i.

Omnipotens ſempiterne Orō.
deus: qui infirma mun
di eligis: vt fortia queq; ɔfun
das. da nobis ī feſtiuitate ſctē
martyris tue iuliane congrua
deuotiōe gaudere: vt potentiā
tuā in eius paſſione laudem⁹:
⁊ puiſum nobis percipiamus
auxiliū. P. Epſa. Qui gloriat
in dn̄o. infra de virgine. Gra.
Specie tua ⁊ pulchritudine tua in
tende pſpere pcede ⁊ regna. ℣. Pro-
pter veritatem ⁊ manſuetudinē ⁊ iu
ſticiā ⁊ deducet te mirabiliter dexte
ra tua. Alla. ℣. Adducentur regi
virgines poſt eā pxime eius offeren
tur tibi in leticia. Proſa. Exultēt fi
lie. infra de vḡine. vel tractus.
Qui ſemināt. vt s̄ de ſancta aga
tha. Euāg. Sile eſt re. ce. decē.
infra de virgine. Offer. Offe
rent regi virgines poſt eam pxime
eius offerent tibi. Secr. In ſan-
cte martyris tue iuliane paſſi
one p̄cioſa te dn̄e mirabilē pre
dicantes munera votiua defe
rimus. p̄ſta q̄s. vt ſicut eius ti
bi grata ſūt merita: ſic noſtre
ſeruitutis accepta reddant of-
ficia. P. Com. Simile ē regnū
celorū homini negociatori querenti

bonas margaritas inuenta vna ꝑcio
ſa margarita dedit oīa ſua et cōpa-
rauit eam. Cōplen. Libantes
dn̄e mēſe tue beata myſteria.
q̄ſ: vt ſancte iuliane marty-
ris tue interuentionibus et tē-
poralem nobis miſericordiaꝫ
ꝯferant ⁊ eternā. P. In cathe-
Statuit ei dra ſcti Petri.
dn̄s teſtamentū pacis ⁊ prin
cipem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij
dignitas ineternū. Ps. Miſericor-
dias dn̄i ineternuꝫ cantabo. Oro.
Deus q̄ beato petro apo-
ſtolo tuo collatis claui-
bus regni celeſtis aīas ligādi
atqꝫ ſoluēdi pōtificiū tradidi-
ſti: cōcede q̄ſ: vt interceſſionis
eius auxilio a peccatoꝝ nr̄oꝝ
nexib⁹ liberemur. P. j. petri. j.
Petrus apl's ieſu xp̄i ele-
ctis aduenis diſperſiōis
ponti: galacie: capadocie: aſye
et bytinie: ſc̄m preſcientiaꝫ dei
patris in ſanctificationē ſpūs
in obedientia ⁊ aſperſionē ſan
guinis ieſu xp̄i: grā vob et pax
multiplicetur. Benedictus de
us ⁊ pater dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: qui
ſc̄m magnā miſcd̄iaꝫ ſuā rege-
nerauit nos in ſpem viuaꝫ per
reſurrectōnē ieſu xp̄i ex mortu
is: in hereditatē incorruptibi-
lem ⁊ incōtaminatā ⁊ immar
ceſſibilē conſeruataꝫ in celis in
vobis. qui in virtute dei cuſto
dimini ꝑ fidē in ſalutē paratā
reuelari ī tp̄e nouiſſimo. In q̄
exultabitis modicum nunc ſi
oportet cōtriſtari in varijs tē-
tationibus: vt probatio fidei
veſtre multo ꝓcioſior ſit auro:
qd̄ ꝑ ignē ꝓbat̄. Inueniat̄ in
laudem ⁊ gloriam et honorē ⁊
reuelationem ieſu xp̄i dn̄i no-
ſtri. quia ipi gloria ⁊ imperiū
in ſecula ſeculoruꝫ amen. Gr.
Exaltent eum in eccleſia plebis: ⁊
in cathedra ſeniorum laudent eum.
V. Cantate dn̄o canticū nouuꝫ: laus
eius in eccleſia ſanctorum. Tract⁹
Tu es petrus ⁊ ſuper hāc petram
edificabo eccleſiam meā. V. Et por-
te inferi non preualebunt aduerſus
eam ⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ
V. Et quodcunqꝫ ligaueris ſup ter-
ram erit ligatum ⁊ in celis: ⁊ quod-
cūqꝫ ſolueris ſuper terrā erit ſolutū
et in celis. Euangeliū. Venit ie-
ſus in partes ceſaree. Quera-
tur infra ipſo die petri et pau-
li. Credo dicitur. Offertorium

Veritas mea ⁊ miſcđia mea cum
ipſo et in noīe meo exaltabiť cornu
eius. Secř. Eccleſie tue q̄s do-
mine p̄ces et hoſtias beati pe-
tri apl̄i tui cōmēdet orō: ut q̄d
ꝓ illiꝰ gloria celebramus: nob̄
ꝓficiat ad veniā. P. Prefatio
de apl̄is. Com̄. Tu es petrus ⁊
ſuꝑ hāc petrā edificabo eccleſiā meā
Letificet nos dn̄e mu Cōpl.
nus oblatum: ut ſicut in apl̄o
tuo petro te mirabilem p̄dica-
mus: ſic ꝑ illum tue ſumamus
indulgētie largitatem. Per d.

In vigilia mathie Int.
Ego autē ſicut oliua fructifi-
caui in domo dn̄i ſperaui in miſcđia
dei mei ⁊ expectabo nomen tuū q̄m
bonū eſt ante cōſpectū ſctōꝝ tuoruꝫ
Ps̄. Quid gloriaris in malicia qui
potēs es in iniquitate. Oro
Concede q̄s oīs deus
venturā apl̄i tui mathie ſolen-
nitatē cōgruo p̄uenire honore
⁊ venientē digna celebrare de-
uotōe. Epl̄a. Btūs vir q̄ inuē.
infra de martyre. Grad. Iu-
ſtus ut palma florebit ſicut cedrus
libani multiplicabiť in domo dn̄i.
V̄. Ad annūciandū mane miſericor
diā tuā ⁊ veritatē tuā ꝑ noctē. Gr

reiterať. Si cadit in diē dn̄icū
tūc dr̄ tractꝰ. Deſideriū aīe eius
tribuiſti ei dn̄e ⁊ volūtate labioꝝ eiꝰ
nō fraudaſti eū. V̄. Qm̄ p̄ueniſti eū
in bn̄dictōnibꝰ dulcedinis. V̄. Poſu
iſti ſuꝑ caput eius coronā de lapide
precioſo. S. Matheum. x.
In illo tp̄e. Miſit ih̄s du-
odecim apl̄os ſuos p̄cipiēs eis
⁊ dicens. In viā gentiū ne ab-
ieritis: ⁊ in ciuitates ſamarita
norū ne intraueritis: ſed potiꝰ
ite ad oues que perierūt domꝰ
iſrael. Euntes aūt p̄dicate di-
centes: q̄a appropinquauit re-
gnum celorū. Infirmos cura-
te: mortuos ſuſcitate: leproſos
mūdate: demones eijcite Gra
tis accepiſtis: gratis date. No
lite poſſidere auꝝ neqꝫ argētū
neqꝫ pecuniā in zonis veſtris.
Nō perā in via: nec duas tuni
cas: neqꝫ calciamēta: neqꝫ vir
gā. Dignꝰ eſt em̄ oꝑariꝰ cibo
ſuo. In quamcūqꝫ ciuitatem
aut caſtellū intraueritis intro
gate q̄s i ea dignꝰ ſit: ⁊ ibi ma-
nete donec exeat. Intrātes aūt
domū ſalutate eā dicētes. Pax
huic domui. Et ſiqdē fuerit do
mus digna. veniet pax veſtra

ſuꝑ eã. Si aũt nõ fuerit digna
pax vr̃a ad vos reuertet̃. Et q-
cunqꝫ nõ recepit vos neqꝫ au-
dierit ſermones vr̃os: exeũtes
foras de domo vel de ciuitate:
excutite puluerẽ de pedibus ve
ſtris. Amen dico vobis: tolle-
rabilius erit terre ȝodomoꝝ et
gomorreorũ in die iudicij q̃ il
li ciuitati. Offꝫ. Gloria ⁊ hono.
infra in vigilia uniꝰ apoſtoli.
Accepta tibi ſit q̃s dñe Secr̃.
noſtre deuotõis oblatio: et ad
apoſtolicaꝫ puriores nos faci-
at venire feſtiuitatẽ Coĩ̃. Ma
gna eſt gloria. infra ĩ vigilia uni
us apl̃i. Cõplẽ. Preſta nobis
eterne largitor eius vbiqꝫ pia
or̃one ꝓtegi cuius natalicia ꝑ
hec ſcr̃a q̃ ſumpſimus: vot iuo
ꝯuenimꝰ obſeq̃o. P. Si hec vi-
gilia poſt dieꝫ cinerũ euenerit:
cõmẽoratio ſola or̃one in miſ-
ſa fiat. In die ſcr̃õ Int.
Mihi aũt nimis honorati ſũt
amici tui deus nimis cõfortatus eſt
principatus eorũ. Ps̃. Dñe ꝓbaſti
me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſ-
Deus qui Or̃o. ſionẽ meã
beatũ mathiã apl̃oꝝ tu
orum collegio ſociaſti. tribue
quĩs: vt eiꝰ interuentiõe tue cir
ca nos pietatis ſꝑ viſcera ſen-
tiamus. P. L. Actuũ apl̃oꝝ. j.
In diebus illis. Exurgẽs
petrꝰ in medio fratrũ di
xit. Erat aũt turba hoĩm ſil' fe
re cẽtũ vigiti Viri frẽs oportet
ĩpleri ſcp̃turã quã p̃dixit ſpũs
ſctũs ꝑ os dauid de iuda q̃ fuit
dux eoꝝ q̃ cõp̃henderũt ieſum.
Qui cõnumeratus erat in no-
bis: ⁊ ſortitus eſt ſortẽ miniſte
rij huiꝰ. Et hic quideꝫ poſſedit
agrũ de mercede iniquitat̃: et
ſuſpẽſus crepuit medius: ⁊ dif
fuſa ſũt oĩa viſcera eius Et no
tũ factuꝫ eſt oĩbus habitãtibꝰ
hirl̃m. ita vt appellaret̃ ager il
le lingua eoruꝫ acheldemach:
hoc ẽ ager ſanguinis. Scriptũ
eſt eñi in libro pſalmorũ. Fiat
commoratio eius deſerta: ⁊ nõ
ſit qui habitet in ea: et epiſco-
patũ eiꝰ accipiat alter. Opor-
tet ergo ex his viris qui nobi-
ſcum ſunt ꝯgregati in omni tẽ
pore quo intrauit et exiuit int
nos dñs ieſus: incipiens a ba-
ptiſmate iohãnis vſqꝫ in dieꝫ
qua aſſumptus eſt a nobis: te
ſtẽ reſurrectiõis eius nobiſcuꝫ

fieri vnũ ex iſtis. Et ſtatuerũt
duos: ioſeph qui vocabaꝛ bar
ſabas: qui cognominatus eſt
iuſtus: et mathiam. Et orãtes
dixerũt: Tu dñe qui corda no
ſcis omniũ: oſtende quem ele-
geris ex his duobus: vnũ acci-
pere locũ miniſterij huiꝰ ⁊ apo
ſtolatus: de q̊ preuaricatus eſt
iudas vt abiret in locũ ſuũ Et
dederũt ſortes eiſ Et cecidit ſors
ſup mathiã: ⁊ annumeratꝰ eſt
cum vndecim apl'is. Gr. Ni-
mis honorati ſunt amici tui deꝰ ni-
mis confortatus eſt principatus eoꝝ.
V. Dinumerabo eos ⁊ ſup arenam
multiplicabunꝛ. Tract. Qui ſe-
minãt in lachrymis: i exultatõe me
tent. V. Euntes ibãt ⁊ flebãt mittẽ-
tes ſemina ſua. V. Venientes autẽ ve
niẽt cũ exultatõe: portãtes manipu
los ſuos. Euãg. Confiteor tibi
pater. in dñica vacante ſupra
ante ſeptuageſimã queratur.
Credo dr. Off. Mihi autẽ nimis
honorati ſunt amici tui deus: nimis
confortatus eſt pricipatꝰ eoꝝ. Secr.
Deus qui pditoris apoſtate
ruinã ne apl'orũ tuorũ nũerus
ſacratus pfectiõe careret: bea-
ti mathie electiõe ſuppleſti: p̃-
ſentia munera ſanctifica: et p
ea nos grẽ tue virtute confirma.
Prefatio de apl'is. Com. Di-
co autẽ vobis amicis meis ne terreami
ni ab his qui vos pſequunꝛ. Compl.
Preſta q̃s oĩps et miſericors
deus: vt p hec ſctã q̃ ſumpſimꝰ
interueniẽte btõ mathia apl'o
tuo: ⁊ veniã cõſequamur ⁊ pa
cem. P. In trãſlatõe ſcti wen
ceſlai. In virtute tua. vts in die
Concede valentini Oro
qũs oĩps deꝰ beatũ wẽ-
ceſlaũ martyrẽ tuũ interueni-
re p nobis cuius diẽ tranſlati
onis celebramus: q̃a tunc ſal-
uari nos poſſe confidimus: ſi eiꝰ
precibus tua gubernetur eccle
ſia cuius letaꝛ te donante feſti
uitate glorioſa. P. Epl'a. Be-
atꝰ vir. infra de martyre. Gr.
Dñe pueniſti eum in benedictioni
bus dulcedinis poſuiſti in capite eiꝰ
coronam de lapide p̃cioſo. V. Vitã
petijt a te tribuiſti ei: longitudinem
dierum in ſeculum ſeculi. Tractꝰ.
Deſiderium anime. ſupra in vigi
lia mathie. Euangel. Si quis
vult poſt me venire. Infra de
martyre. Credo dicit. Offert.
Gloria et honore coronaſti eum

dñe ⁊ cõſtituiſti eũ ſup opa manuuʒ
tuarũ. Secr. Martyrꝰ tui wẽ
ceſlai pcibus dñe dona plebis
tue ſctifica: vt q̄ tuo tibi ſũt gra
ta inſtituto: gratiora fiant pa
trocinio ſupplicãtꝰ. P. pfatio
cõis. Com. Magna eſt glĩa eiꝰ
in ſalutari tuo: gloriã ⁊ magnũ de-
corẽ impones ſup eum dñe. Cõpl.
Sumptis dñe remedijs ſem-
piternis tuoruʒ mũdent corda
fideliũ: vt bti wenceſlai marti
ris tui tranſlatõnis inſignia:
q̄ corpalibꝰ officijs exequunt:
pia mẽtis intelligẽtia cõphen-
dant. Per. Thome de aquino
In medio eccleſie aperuit os
eius et impleuit eũ dñs ſpiri-
tu ſapiẽtie et intellectus ſtola glorie
induit eũ. Ps. Bonũ eſt cõfiteri dño
⁊ pſallere noĩ tuo altiſſime. Oro.
Deus qui eccleſiã tuã be-
ati thome cõfeſſoris tui
mira eruditõe clarificas: ⁊ ſan
cta opatione fecũdas. da nob
qs ⁊ que docuit intellecta cõ
ſpicere: ⁊ q̄ egit imitatiõe com
plere. Epla. Optaui ⁊ datꝰ eſt
mihi. infra de cõfeſſ. Gr. Os
iuſti meditabit ſapientiaʒ: ⁊ lingua
eius loquet iudiciuʒ. V. Lex dei eius

in corde ipſius et nõ ſupplãtabũtur
greſſus eius. Trac. Deſideriũ aĩe.
ſupra i vigilia mathie. Euãg.
Vos eſtis ſal terre. infra de cõ
feſſ. Offer. Ueritas mea ⁊ miſe
ricordia mea cũ ipõ ⁊ in noĩe meo ex
altabit cornu eiꝰ. Secr. Paſſio-
nis filij tui dñe mẽoriã recẽſen-
tes depoſcimꝰ: vt qd tibi in bti
thome cõfeſſoris tui ſolẽnitate
deferimꝰ: ſacrificiũ tibi ſit acce
ptũ. Com. Dñe quqʒ talenta tra
didiſti mihi: ecce alia quqʒ ſuplucra
tus ſum: euge ſerue bone ⁊ fidelis q:
in pauca fuiſti fidelis ſup multa te cõ
ſtituã intra i gaudiũ dñi tui. Cõpl
Hec nos qs dñe cõmunio
ſctã letificet: qua bti thome ſuf
fragijs v̈tutes roborẽt interiꝰ:
⁊ actus exteriꝰ pie deuotõis ac
creſcãt. Perpetue ⁊ felicitatis.
Multe tribulatões iuſtoꝝ ⁊ de
his oĩbus liberauit eos dñs
dñs cuſtodit oĩa oſſa eoꝝ vnũ ex his
non cõteret. Ps. Bñdicã dñm in oĩ
tpe ſamp laus eiꝰ in ore meo. Oro
Da queſumus dñe deꝰ no
ſter ſanctorum marty-
rum tuorũ ppetue ⁊ felicitatis
palmas inceſſabili deuotione
venerari: vt quas digna men-

te nō poſſumus celebrare: hu-
milibus ſaltē ſequamur obſe-
quijs. Per. Epl'a. Scti ꝑ fidē.
infra de martyribꝰ. Gr. Cla
mauerūt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos ⁊
ex oībus tribulatiōibus eoꝝ libera
uit eos. ꝟ. Iuxta eſt dñs his q̄ tribu
lato ſunt corde ⁊ humiles ſpū ſalua
bit. Tract. Qui ſemināt. ſupra i
die mathie. Euāg. Attēdite a
fermēto phā. infra de martiri
bus. Offer. Repleti ſumus ma
ne miſcdia tua exultanimꝰ ⁊ delecta
ti ſumus. Secre. Intende dñe
q̄s mūera altaribus tuis ꝓ
ſctāꝝ tuarū ꝑpetue ⁊ felicitat[is]
cōmemoratiōe impoſita: vt ſi-
cut per hec beata myſteria il-
lis gloriā ꝯtuliſti: ita earū in-
teruētu nobis indulgētiā lar-
giar[is]. P. Com. Anima nr̄a ſi-
cut paſſer erepta eſt de laqueo venā
tiū laqueus ꝯtritus eſt ⁊ nos libera-
ti ſumus. Cōpl. Preſta nobis
q̄s dñe interuenientibus ſctis
tuis: vt q̄d ore ꝯtingimus pura
mente capiamꝰ. Cyrilli ⁊ me-
Sacerdotes dei bn̄dici tudij
te dñm ſcti ⁊ hūiles corde lau
date deū Ps. Bn̄dicite oīa opa dñi
dño laudate ⁊ ſupexaltate eū i ſecl'a.

Omp̄s mitiſſime de Oro
us q̄ nos ꝑ btōs pontifi
ces ac ꝯfeſſores tuos cirillum ⁊
metudium ad credulitatē fidei
xp̄iane vocare dignatꝰ es. pre
ſta q̄s: vt q̄ in p̄ſenti eorū feſti-
uitate gloriamur: eoꝝ etiā me
ritis gloriā eternā cōſequi me-
reamur. P. Epl'a. Plures facti
ſunt. infra de ꝯfeſſ. Gr. Sacer
doces eiꝰ induant ſalutare et ſcti eiꝰ
exultatōe exultabūt. ꝟ. Illuc ꝓducā
cornu dauid paraui lucernā chriſto
meo. Tract. Qui ſemināt. ſupra
de ſ. mathia. Euāg. Sint lūbi
vr̄i. infra de ꝯfeſſ. Offe. Glo-
riabunt in te oēs qui diligūt nomē
tuū qm̄ tu dñe benedices iuſtis dñe
vt ſcuto bone volūtatis tue corona
ſti nos. Secr. Preces nr̄as q̄s
dñe clemēter exaudi: ⁊ tuoꝝ re
ſpice oblatōnes fideliū: vt tibi
grate ſint in tuorum feſtiuita
te ſanctorū. Per dñm. Com.
Ego vos elegi de mūdo vt eat[is] et
fructū afferatis ⁊ fructꝰ vr̄ maneat.
Sacramētis dñe mu Cōpl.
qũs tibi grata reddant. Per.
Magna eſt gloria eius in Com
ſalutari tuo gloriã ꝛ magnũ decorẽ
impones ſup eũ dñe. Cõpl. Bea
ti apli tui iacobi dñe qs ſuppli
catiõe placat⁹: ꝛ veniã delictorꝫ
nob tribue ꝛ remedia ſempiter
na ꝯcede. In die iacobi Intr.
Mihi aũt nimis honorati ſũt
amici tui deus nimis ꝯforta
tus eſt principatus eorũ. Ps. Dñe
pbaſti me ꝛ cognouiſti me tu cogno
uiſti ſeſſionem meã. Oro.
Eſto qũs dñe plebi tue
ſcificator ꝛ cuſtos: vt apli tui
iacobi munita pſidijs: ꝛ ꝯuer-
ſatiõe tibi placeat ꝛ ſecura mẽ-
te deſeruiat. P. Epla. Benedi
ctus deus ꝛ pr. in vigilia vni⁹
apli. Gr. Conſtitues eos princi
pes ſup oẽm trã memores erũt nois
tui dñe. v. Pro patrib⁹ tuis nati ſũt
tibi filij pptere a ppli ꝯfitebunt tibi.
Alla. v. Iã nõ eſtis hoſpites ꝛ ad
uene: ſed eſtis ciues ſctõrꝫ ꝛ dome
Gaude xpi ſpon ſa. ſtici dei
ſa vgo mater eccleſia. Om
ni de natõe generãs illi filios quoti-
die. Per quos inferos ſuperes ꝛ ce
li tibi ianuã concilies. Hanc pau-

dunt hodie quorum feſta veneramur hec duo luminaria. Ex quibus iacobus in iudea ꝑ virtutē reluxit: ⁊ ſamaria. Egros curās demones fugans mortuos ī lucē verbo reuocās Magos ſana vincēs doctrīa fidei parauit corda plurima. Poſt vt agn⁹ iugulo duct⁹ ſe impēdit prompriſſimus. Lauās agni ſanguine ſtolā: cōmutauit morte vitā. Cuius dē vite imitatus ardorē chriſto ferus hac ipſa paſſus ē in die ſed diuerſo tpe. Gentilibus exortus: ſed celit⁹ inſtructus verbo qđ ꝑdicauit ſignis cōfirmauit. Aridā fuſa ꝑce virgā fecit florere: carceri mācipatꝰ virgis cedit. Ignē ꝑtranſijt ferrū ſicut ceram diſſoluit. Capite plectitur celos vt victor ingredit. Ipſius per mirabilia crediderunt milia quater duodena. Rex vō q̄ eū peremit ſignis victus cū ſuis fidem ꝓmeruit. Terge fletu rachel genas paſſione roſeas. Quos gemebas laborātes mō regnāt victores. Teq; tuo commēdēt ſpōſo Amē. Vel. Clare ſan.

Infra de apłis. S. Math. xx.

In illo tpe. Acceſſit ad ieſum mater filiorum zebedei cū filijs ſuis adorans et petens aliqđ ab eo. Qui dixit ei Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterā tuā: et vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Rñdens aūt iħs dixit. Neſcit̄ qđ petatis. Poteſtis bibere calicē quē ego biturus ſum? Dicūt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicē quidem meū bibetis: ſedere aūt ad dexterā meā ⁊ ad ſiniſtram nō eſt meum dare vobis: ſed qbus paratū eſt a pr̄e meo. Et audientes decē indignati ſunt de duobus fratribus. Iħs aūt vocauit eos ad ſe ⁊ ait illis. Scitis qa principes gentiū dominantur eorū: ⁊ qui maiores ſunt poteſtatē exercēt in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicūq; voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter miniſter Et quicūq; voluerit inter vos prim⁹ eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut fili⁹ hoīs non venit miniſtrari: ſed miniſtrare: ⁊ dare aīam ſuam redēptionē ꝓ multis. Credo dicit. Offer. In oēm terrā exiuit ſon⁹ eorū: ⁊ in fines orbis terre vba eorū. Secr. Oblatiōes ppłi tui dñe quēs apoſtoli tui iacobi paſſio beata conciliet: et que

nr̄is apta nō ſunt meritis fiāt
tibi placita eius dep̄catōe. P.
Prefatio de ap̄lis. Com̄. Di-
co aūt vob̄ amicis meis ne terreami
ni ab his q̄ vos pſequunt̄. Cōpl̄e.
Beati ap̄li tui iacobi in cui⁹
nos hodierna feſtiuitate cor-
pore et ſanguine refeciſti: quū
dn̄e interceſſione nos adiuua:
p cuius ſolennitate pcepimus
tua ſctā letātes. P. De ſancta
Gaudeamus anna Intr̄.
oēs in dn̄o diē feſtū celebrā-
tes in honore ſancte anne vidue: de
cuius ſolennitate gaudent angeli et
collaudāt filiū dei. Ps̄. Eructauit
cor meū verbū bonum dico ego opa
Deus q̄ be Orō. mea regi.
atā annā matrē tue ge
nitricis fieri voluiſti. p̄ſta q̄s:
vt apud te merit̄ vtriuſqꝫ ma
tris ⁊ filie regna celeſtia conſe-
quamur P. Ep̄la. Mulierē for
tem quis inueniet. De electa.
Adiuuabit eam de⁹ vultu Gr̄.
ſuo: deus in medio eius nō cōmoue
bitur. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudīe
tua: intēde pſpere procede et regna.
Alleluia. ℣. Anna mater eximia
filiꝗ abrae filia celi fulget in curia co
ronata gloria. Sequitur proſa

Salue mater matris dei cella
celle noſtre ſpei: arbor rami
triplicis. Salue paradiſi flumē ſy-
nagoge nouū lumē fontis vena du-
plicis. Salue vas cōditum melle:
de quo fluxit ſine felle ſucc⁹ veri bal
ſami. Salue ſacra legis gloſa ve-
terum te mens vmbroſa vi nō pren
dit calami. Porte clauſe tu ſtructu
ra nūcuparis ſub figura quam vi-
dit ezechiel. Lapis templi p̄para-
ris ioachim duꝫ copularis mittitur
cum raphael. Fecūdari ſteril̄e: tā-
te plis herilem: typus demonſtraue
rat. Rubo dum inuitur moyſes
abijcit̄ p̄ce quod portāuerat. Sic
cōuallis humilis terra fit arabilis:
que fructū parturijt. Dei p cōſiliū
profert ſpina liliū: :reus hoc eſurijt.
Tu p̄matu geoeſeos ſectionē par
uulos doces et decrepitos. Libri
ſentētie ezechie canticorū menti pie:
detexiſti terminos. Tu rotis ſeiun
cta ſtilla de q̄ loquit̄ ſibilla ſcemati-
ſans inclita. Tu liber ſepticlauat⁹
agno ſolū deputat⁹ vt diſſoluat indi
ta. Nobile tu patrū zeuma pphar
es ppleuma ſpōſe regis ſoliū Glo
rioſus cleophas h̄ ſcōs tibi mas fit
⁊ capitoliū. Salomonis ſumma
alumna tēpli colūna tu ſadoch thu-

ribulū aarōnis veſtibulū. Philiſti
nō lederis archa nr̄i federis: abrahe
umbraculū dauidis ⁊ iaculū. Sal
ue cuius vir in portis ꝑſtitit ſalome
fortis hoſtes ſtrauit militās. Iſa=
char hinc admiratᷣ ex hoc multū ⁊ le
tatᷣ cū ſiis ꝑlis lactitās. Gratia in=
terꝑ̄taris eius anna paris matre ꝫ q̄
ſit ſingularis regina celeſtiū. Fru
ctus dulcis tu capſella hūc ꝑ nobis
interpella creditqꝫ maris ſtella ordi
ni terreſtriū. Ieſu xp̄o ſummo ſoli
ac marie tue proli iūcta es in arce po
li hic terrores atqꝫ doli per te ceſſent
hoſtiū. Illum placa qui paſſurus
ad nos venit: et venturus eſt flāmis
vindicaturus ne nobis iudex ſit du=
rus ſed celi det gaudiū Amē. Euā.
Liber generatōis. infra in na
tiuitate beate ỽginis. Offert.
Filie regū in honore tuo aſtitit re
gina a dextris tuis ī veſtitu deaura=
to circūdata varietate. Secᷣ. Su
per has qı̄ūs oꝑ̄s de⁹ oblatio=
nes q̄ in memoriā ſanctiſſime
anne matris beatiſſime geni=
tricis unigeniti filij tui dn̄i no
ſtri cōſecrantᷣ: ⁊ tuā effunde be
nedictionē: ⁊ ꝑ eam tribue no
bis cordiū puriſicationem: ⁊
munerū celeſtiū participatio=
ne. P. Com̄. Dilexiſti iuſticiā ⁊
odiſti iniquitatē ꝓpterea unxit te de
us deus tuus. Cōplē. Sumpta
ſacramēta qı̄ūs dn̄e intercedē
te btiſſima anna matre glorio
ſe genitricis unigeniti filij tui
ab hoſtiū nos defendāt formi
dine: ⁊ eṫne mortis amaritudi
ne. Per c. Chriſtoferi martyr.
In virtute tua dn̄e letabiᷣ iu=
ſtus ⁊ ſuꝑ ſalutare tuū exul=
tabit vehemēter deſiderium aīe eius
tribuiſti ei. Ps̄. Magna eſt gloria
eius in ſalutari tuo gloriā ⁊ magnū
decorē impones ſuꝑ eū dn̄e. Orō.
Deus cuius virtute beat⁹
martyr chriſtoferus di=
uerſa ſuperauit tormenta: fac
q̄s nos eius interuenientibus
meritis uniuerſas inimici in=
ſidias ſuꝑare. P. Epl̄a. Iuſt⁹
ſi morte. de martyre. Gṙ. Be
atus vir qui timet dn̄m in mādatis
eius cupit nimis. ỽ. Potēs in terra
erit ſemen eius generatio rectoꝝ bn̄
dicetᷣ. Allā. ỽ. Poſuiſti dn̄e in ca=
pite eius coronam de lapide ꝓcioſo.
Proſa. Spe merce. de martyre
Euāge. Si q̄s vult poſt me ve.
infra de martire Offṙ. Poſu
iſti dn̄e in capite eius coronā de lapi

de p̃cioſo vitã petijt a te tribuiſti ei.
Magnifica dñe beati Secr.
martyris tui chriſtoferi ſolen-
nia recenſemus q̃ ꝓmptis cor-
dibus ambiẽtes oblat⁊ mune-
ribus ⁊ ſuſcepim⁹ et recolim⁹.
Qui vult venire poſt me Com̃.
abneget ſemetip̃m ⁊ tollat crucẽ ſuã
⁊ ſequaẽ me. Cõpl. Sancta tua
dñe beati chriſtoferi martyris
tui p̃cioſa cõfeſſione quã cele-
bramus nos refoueãt: quibus
⁊ iugiter ſatiamur ⁊ ſemp̄ deſi
deram⁹ expleri. P. Panthale
onis martyr⁊ Introit⁹
Gloria ⁊ honore coronaſti eũ
dñe ⁊ cõſtituiſti eũ ſup̄ op̄a manuũ
tuarꝫ. Ps. Dñe dñs nr̃ q̃ admirabi
le eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra.
Letetur eccleſia tua de Oro
us btĩ pãthaleonis mar
tyris tui ↄꝟiſa ſuffragijs atqꝫ
eius p̃cibus glorioſis ⁊ deuota
ꝑmaneat ⁊ ſecura cõſiſtat. P.
Epla. Labora ſicͭ bon⁹ miles.
infra de martyre. Alia. Iuſt⁹
cor ſuũ trad. ibidẽ. Gr. Dñe
p̄ueniſti eum in bñdictõibus dulce
dinis poſuiſti in capite eius coronã
de lapide p̃cioſo. ℣. Vitam petijt et
tribuiſti ei longitudinem dierum in

ſeculũ ſeculi. Alla. ℣. Iſte ſanct⁹
digne in memoria vertiẽ hoĩm: qui
ad gaudia tranſit angelorꝫ. Euãg.
Si quis venit ad me. infra de
martyre. Offer. Deſideriũ aĩe
eius tribuiſti ei dñe ⁊ volũtate labi-
orum eius nõ fraudaſti eum: poſui
ſti in capite ei⁹ coronã de lapide p̃cio
ſo. Secr. Votiua dñe mune-
ra deferimus in tuorũ marty-
rũ ſolennitate ⁊ p̄ illorũ paſſi-
onẽ tuã magnificẽtiã venera-
mur: ⁊ p̄ eadẽ nobis implora-
mus tue pietatis auxiliũ. Per
Magna eſt gloria eius in Com̃.
ſalutari tuo: gloriã ⁊ magnũ decorẽ
impones ſup̄ euꝫ dñe. Cõplenda.
Quñs op̃s deus ſalutaribus
repleti myſterijs: vt quorũ ſo-
lennia celebramus eorꝫ orõni-
bus adiuuemur. P. Eodẽ die
ſeptez dormientiuꝫ ſola cõme.
Deus q̃ glorioſos Oro.
eterne reſurrectiõis p̃co-
nes ſeptẽ dormientes magnifi
ce coronaſti. p̃ſta qñs: vt eorũ
p̃cibus reſurrectionẽ ſanctam
que in eis mirabiliter oſtẽſa
eſt ↄſequamur. Per do. Secr.
Maieſtatez tuã nobis qñs
domine hec hoſtia immolãda

reddat placatũ:⁊ tuoꝝ digna
poſtulatio ſanctoꝝ. P. Cõpl.
S acramẽtis dñe dep̄camur
acceptis ⁊ ſctõꝝ tuoꝝ dormiẽ-
tiũ p̄cibus ↄtra oẽs nequicias
diaboli irruẽtes ꝓtegamur. P.
Marthe virginis. Gaudeamus
oẽs. vts Anne. Oratio.
O Mnipotens ſempiterne
deus:cuius filius ſumpta car-
ne pro nobis in ede beate mar
the hoſpitari dignatus eſt:da
q̄ũs ut eius meritis et p̄cibus
q̄ illũ placide hoſpicio ſuſcepit
in terr[is]:in ede poloꝝ miſericor
diter hoſpitari valeam⁹. Per
D Eus incõ- Alia. eundẽ.
p̄hẽſibilis potẽtie quẽ
celi capere nõ poſſunt:qui bea
tam marthã hoſpitã tuã intã
tum dilexiſti:ut in domũ ſuaꝫ
terreſtreꝫ te mereref excip̄e: fac
nos q̄ũs ſic te caſto amore di-
ligere:⁊ circa frequẽs miniſte-
rium tuũ ſatagere:ut eius me-
ritis et p̄cibus poſt huius vite
exiliũ in celeſte hoſpiciũ tuum
a te excipi mereamur. Qui vi.
Epl'a. Dñe deus meus. de vir
gine. Vel Gr̄a mulieris. ibidẽ
Gr. Audi filia ⁊ vide. vts in die
praxedis. Alla. ỽ. Martha cui⁹
virtutibus tota fulget eccleſia obti-
ne tuis p̄cibus beata nobis gaudia.
A Ve martha glorio- Proſa.
ſa celi iubar mũdi roſa ſalua
tor[is] hoſpita Melodia gaudioſa p̄
ſens decantef pſa tibi laude debita.
Tu ſola virtute dei morbuꝫ regis
clodonei curas incurabilem. Un
de reges ⁊ regine tue laudãt medici-
ne virtutem mirabilem. Uita ſtir
pe regia regem regũ ꝓpria domo ſu
ſcepiſti. Feminarũ gloria cũcta vo
latilia paſcẽtem pauiſti. Per te ſer
pens eſt ſubuerſus ꝑ te iuuenis ſub
merſus vite reſtituif. Per te dam-
nanf errores:ꝑ te decorant mores et
fides extollif. Oliua pietatis ⁊ q̄s
tue ſanctitatis pandet excellentiam.
Uitaꝫ fratri meruiſti:ex aqua vi-
num feciſti ꝑ diuinã gratiã. Ani-
mã tue ſororis audis in ſup̄nis cho
ris ferri cuꝫ leticia. Corpus tuum
tharaſcone ſepeliuit cũ frõtone: xp̄s
manu ꝓpria. Ora ꝓ nobis domi-
na:ꝑ te noſtra peccamina deleantur
Impetra martha gratiaꝫ:his qui
nunc tuam gloriam memorantur.
In auguſta mortis hora:nobis p̄
camur implora peccatorum veniaꝫ.
Curſuq꞉ vite ꝑfecto: tramite nos

ducat recto ad ſupernam patriam.
Vel. Exultēt filie ſyō. infra de v̄-
gine. Euāg. Intrauit ieſus in
quoddā caſtellū. in die aſſum
ptiōis marie. Offer. Filie re-
gū in honore tuo aſtitit regina a de-
xtris tuis in veſtitu deaurato circū-
data varietate. Secr. Suſcipe et
ſctifica adonai oṗs deus hoc
munus oblatū ⁊ cōcede: vt ad
ſalutē noſtraꝫ caro et ſanguis
fiat filij tui: meritis illius q̄ il-
lū gratāter hoſpitio ſuſcepit.
Qui te. Coīī. Diffuſa eſt gr̄a i
labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus
ineternū. Cōpl. Omīs oṗs deꝰ
vt pijs ſacramētis que ſumpſi
mus: et meritis beate marthe
filij tui hoſpite digne hic et in
futuro viuamus. Eodē die fe-
licis ⁊ ſociorū eius ſola cōme.
Oro Preſta quīs oṗs de-
us: vt ſicut ppl's xp̄ianꝰ
martyrū tuorū felicis ſimpli-
cij fauſtini ac beatricis tꝑali
ſolennitate ꝯgaudet, ita ꝑfru
atur eterna. ⁊ qđ vot⁊ celebrat
pio cōprehēdat effectu. Per d.
Secr. Hoſtias tibi dn̄e ſan-
ctoꝝ tuoꝝ felicis ſimplicij fau
ſtini et beatricis meritis dica
tas benignus aſſume ⁊ ad per
petuum nobis tribue ꝓuenire
ſubſidiū P. Cōpl. Preſta q̄s
oṗs deus: vt ſanctorū martyꝝ
tuorū felicis ſimplicij fauſtini
⁊ beatricis celeſtibꝰ myſterijs
celebrata ſolennitas indulgē-
tiā nobis tue ꝓpiciatōis acq-
rat. P. Felicis confeſſoris ſola
cōme. Oro Sancti felicis
dn̄e cōfeſſio recenſita cō
ferat nobis pie deuotōnis au-
gmentū: qui in tuo noīe ꝑſeue
rās meruit honorari. P. Secr
Hoſtias tibi dn̄e in ꝯmemo-
ratiōe ſancti felicis offerimus
quē a tui corporis vnitate nul
la tentatio ſeparauit. Per do.
Cōpl. Spiritum nobis do-
mine tue charitat⁊ infunde: vt
quos vno pane celeſti ſatiaſti
intercedēte beato felice marty
re tuo: tua facias pietate con-
cordes. Per. Abdon ⁊ ſennen.
Intret in conſpectu tuo domi
ne gemitus compeditorum:
redde vicinis noſtris ſeptuplum in
ſinu eorum vindica ſanguinem ſan
ctorum tuorū qui effuſus eſt. Ps.
Deꝰ venerūt gētes in hereditatē tuā
polluerūt templū ſctm̄ tuū poſuerūt

hierl'm pomorũ cuſtodiaꝫ. Oratio
Deus qui ſctis martyri-
bus tuis abdon ⁊ ſennē
ad hanc gloriā veniēdi copio-
ſuꝫ munus grē ꝯtuliſti. da no
bis famulis tuis nr̃orũ veniaꝫ
pctõꝝ: ut ſctõꝝ tuoꝝ intercedē
tibus merit⁊ ab oībus merea-
mur aduerſitatibus liberari.
Cõme. cõpetens. Epl'a. Reme
moramini priſtinos. de marti
rib⁹. Gꝛ. Exultabũt ſcti in glo-
ria letabunt in cubilib⁹ ſuis. ṽ. Cā
tate dño canticuꝫ nouũ: laus eius in
eccleſia ſanctorũ. Alla. ṽ. Juſti ex
ultēt ⁊ epulent in ꝯſpectu dei ⁊ dele-
ctent in leticia. Euāge. Hoc eſt p̃
ceptum. infra de apl'is. Offer.
Mirabilis deus in ſctis ſuis: de⁹
iſrael ip̃e dabit virtutē ⁊ fortitudinē
plebi ſue: benedictus deus. Secre.
Munera tibi dñe dicata pro
ſctõꝝ martyrũ tuoꝝ abdon et
ſennen occiſione offerimus: q
dum finiunt in terris facti ſũt
celeſti luce ꝑpetui. Per. Com̃.
Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuoꝝ
dñe eſcas volatilib⁹ celi carnes ſctõ
rũ tuoꝝ beſtijs terre ſcd̃m magnitu
dinē brachij tui poſſide filios morti
punitorũ. Cõplē. Populũ tuũ
q̃s dñe ꝑpetua munitiõe de
fende: nec difficulter qđ pie et
iuſte poſtulat cõſequatur: cui
ſctõrũ tuoruꝫ abdon ⁊ ſennen
merita ſuffragant. Germani
cõfeſſoris. Statuit ei dñs. vt̃s in
die arnolphi. Oratio.
Maieſtatē tuā q̃s dñe ſan
ctus germanus cõfeſſor tu⁹ at
qꝫ pontifex. cuius depoſitionē
hodie celebramus ꝓ nobis ex-
oret: ut qđ nr̃is meritis nõ va
lemus: eius p̃cibus cõſeq̃mur.
Epl'a. Ecce ſacerdos magnus
infra de ꝯfeſſore. Gꝛ. Jurauit
dñs ⁊ non. vt̃s in die arnolphi.
Alla. Iſte eſt. vt̃s ibidē. Euāg.
Hõ quidā ꝑegre. infra de con-
feſſore. Offer. Veritas mea. vt̃s
in die arnolphi. Secr. Beati
germani ꝯfeſſoris tui atqꝫ põ
tificis nos q̃s dñe annua ſo-
lennitas pietati tue reddat ac
ceptos: ut ꝑ hec pie placatiõis
officia: ⁊ illum beata retribu-
tio comitet: ⁊ nobis grē tue do
na ꝯciliet. Per. Com̃. Dñe quin
qꝫ talenta. vt̃s in die arnolphi.
Deus qui es fideliũ Cõplen.
remunerator animarum. pre-
ſta q̃s: ut beati germani cõ-

feſſoꝛis tui atqꝫ pontificis cu-
ius venerandã celebꝛam⁹ feſti
uitatẽ: ꝑcib⁹ indulgentiã con-
ſequamur. P. Ad vincula pe-
tri Intr̃. Nũc ſcio vere. ut in die
petri ⁊ pauli. Oꝛatio.
Deus q̃ beatũ petrũ apo-
ſtolum a vinculis abſolutu m
illeſuz abire feciſti: nr̃oꝛũ quẽs
abſolue vincula pctõꝝ: ⁊ oĩm ia
mala a nobis ꝓpiciat⁹ exclu-
de. P. Eodẽ die machabeoꝛũ.
Fraterno nos dñe Orõ.
martyrũ tuoꝛuz coꝛona
letificet: que et fidei nr̃e ꝓbeat
incitamẽta v̈tutũ: ⁊ multipli-
ci nos ſuffragio cõſolet̃. Epl̃a.
Miſit herodes. ut in die petri ⁊
pauli apl̃oꝛũ. cũ grad. ⁊ Allã.
⁊ offer̃. ⁊ com̃. Pꝛoſa. Petre ſũ-
me xp̃i pa. ut in die petri ⁊ pauli
Tu es petr⁹ apl̃oꝝ. Vel hec
⁊ ſup hãc petrã edificabo ec-
cleſiã meã. Tu beat⁹ es bariona:
cui aſpirat ſua dona q̃ſi nato ſpirit⁹
Quod caro ſanguiſqꝫ neſcit ꝑ pa
trem tibi pateſcit reuelando celitus
Tibi claues dono dedit q̃bus poꝛ
ta celi cedit ꝑualetqꝫ inferis Pote
ſtate foꝛmidãda hic ligas illic ligan
da tuta ſunt que ſoluer̃. Te piſcã

tem piſcatoꝛis ad capturẽ melioꝛis:
uſum traxit gr̃a. Cuncta linquẽs
naui ſpꝛeta tp̃alis mundi meta iudi
ces ut oĩa. Apoſtolis pꝛinciparis
dñoqꝫ ſociaris ĩ tributi ꝑcio. Trãſ
foꝛmati tu meſſie moyſiqꝫ et helye:
frueris colloquio. Sicco pede cal-
cas mare malchũ truncas fles ama-
re dum pungit negatio. Sic deie-
ctũ patiẽtis ⁊ erectũ reſurgẽtis rein-
tegrat viſio. Ter ꝯfeſſus ter nega
tum gregẽ paſcis ter donatum vita
verbo ꝑcib⁹. Claudus ſalit et tha
bita: iterata claret vita viaꝫ parans
gentibus. Infirmos umbꝛa mede
ris defraudãtes graui feris cõiuges
ſupplicio. Tu vinclis liber laxat̃
poꝛtis eris reſeratis: duce fretus pre
uio. Cecus videt mutus fatur lan
guoꝛ fugit duplex dat̃ ſalus anthio-
chie. Summus ſurgit magus cadit
ꝯſecratoꝛ romã vadit crucis ⁊ victo
rie. Illum ſequẽs pedẽs cruce ſcã-
dis celũ quo te duce nobis det̃ adit⁹
Ianitoꝛ ingreſſum pãde ꝗ nos lu
cis non mutande foueat intuitus.
Euãge. Iuſſit ih̃s diſcipulos.
ut ĩ octaua petri ⁊ pauli. Credo
dicit̃. Secre. Oblatũ tibi dñe
ſacrificiũ in ꝯmẽoꝛatõe bt̃i pe-
tri apl̃i tui viuificet nos ſp et

muniat Per. Aliud. Uotiua
dn̄e ſuffragia ꝑ ſctōꝝ marty-
rū tuorū cōmemoratiōe deuo-
ta mente tractamus: q̄bus no
bis ⁊ ꝓſidiū creſcit et gaudiuꝫ.
Prefatio de apl̄is Cōpl. Cor
poris ſacri et ꝓcioſi ſanguinis
repleti libamine q̄s dn̄e de⁹
nr̄: ut intercedēte beato petro
apl̄o tuo: qd̄ pia deuotōe geri
mus: certa redemptiōe capia-
mus. Per. Alia. Preſta q̄s
oīs deus: ut quorū memoriaꝫ
ſacramēti ꝑceptōe colimus: fi-
deꝫ q̊ꝫ ſe ꝓfitēdo ſectemur. P.

Stephani pape Introit.

Iuſtus ut palma florebit ſicut
cedrus libani multiplicabit̄ planta-
tus in domo dn̄i in atrijs dom⁹ dei
nr̄i. Ps. Dn̄e dn̄s nr̄: q̄ admirabile
eſt nomen tuum in uniuerſa terra.

Deus qui nos beati Oro
ſtephani martyr̄ tui at
qꝫ pontificis annua ſolennita
te letificas. cōcede ꝓpicius: ut
cuius natalicia colim⁹: de eiuſ
dē etiā ꝓtectōe gaudeam⁹. P.
Epl̄a. Ecce ſacerdos magnus.
infra de ꝯfeſſore. Gr. Iuſtus
nō ꝯturbabitur: q̄a dn̄s firmat ma
num eius. V. Tota die miſeret̄ ⁊ co-
modat ⁊ ſemen ei⁹ in bn̄dictiōe erit.
Alla. V. Letabitur iuſtus in dn̄o ⁊
ſperabit in eo ⁊ laudabunt̄ oēs recti
corde. Euāg. Ego ſuꝫ paſtor bo
nus. Require dn̄ica ſcd̄a poſt
paſca. Offer. Inueni dauid ſer-
uum meū oleo ſancto unxi eum ma
nus eīn mea auxiliabit̄ ei et brachiū
meū cōfortabit eū. Secr. Mune
ra tibi dn̄e dicata ſanctifica: ⁊
intercedēte btō ſtephano mar
tyre tuo atqꝫ pontifice ꝑ eadē
nos placatus intēde. P. Com

Dn̄e quinqꝫ talenta tradidiſti mi
hi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum
euge ſerue bone ⁊ fidelis q̄a in pau-
ca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſti
tuā intra in gaudiū dn̄i tui. Cōpl.

Hec nos communio dn̄e pur
get a crimine: ⁊ intercedēte bea
to ſtephano martyre tuo atqꝫ
pontifice celeſtis remedij faci-
at eſſe cōſortes. P. In inuētio
ne ſcti ſtephani ꝓthomartyr̄.
Etenim ſederūt principes. ꝑ totuꝫ
ut in natalicio eiuſdē. Oratio

Deus qui es ſanctoꝝ tuo
rū ſplendor mirabilis:
quiqꝫ hodierna die ſctōꝝ tuo
rū ſtephani ꝓthomartyris ni
codemi gamalielis atqꝫ aby-

bon glorioſam inuẽtionẽ reue
laſti. da nobis q̃s in eterna be
atitudine de eoꝝ ſocietate gau
dere. Secr. Munera tibi dñe
nr̃e deuotõis offerim⁹: q̃ ⁊ tibi
ꝑ tuorũ grata ſint honore ſan
ctoꝝ: ⁊ nobis ſalutaria te miſe
rante reddant. Prefatio cõis.
Sumpſim⁹ dñe ſctõ- Cõplẽ.
rum tuorũ ſtephani nicodemi
gamalielis atq3 abybon ſolẽ-
nia celebrãtes ſacramẽta cele-
ſtia. p̃ſta q̃s: ut qđ tpaliter ge
rimus: eternis gaudijs conſeq̃
mur. P. Eodẽ die iuſtini mar
tyris ſola cõmemoratio. Oñ
DEus qui tua ineffabili
pietate beatũ iuſtinum
etate paruulũ magnu3 fide ac
virtute feciſti. da q̃s: ut qui ei⁹
paſſione gloriamur vite q̊3 in
nocentiã imitemur Per. Secr
Accipe munera miſericors de
us q̃ in honore3 ⁊ laudẽ glorie
tue beato iuſtino martyre tuo
collata offerim⁹: ut te ſctificã-
te unigeniti tui corpus et ſan-
guis fiat: et ꝑ hoc nos in eius
corpis unitate tribue imperpe
tuum manere. P. Cõpl. Qui
dñe ꝑceptiõe myſterij et beati
iuſtini ſolẽnitate letãtes. qũs
ut eius nob̃ interceſſione ⁊ mẽ
tiũ puritatẽ et corporũ cõferat
ſoſpitatẽ. P. Marie niuis Int
ROrate celi deſuꝑ ⁊ nubes plu
ant iuſtũ aperiat terra ⁊ ger-
minet ſaluatorẽ Ps. Celi enarrant
gloriã dei: ⁊ opa manuũ eius annũ-
ciat firmamẽtum: Oratio
OMnipotens ſempiterne
deus ſolennitati genitric⁊ filij
tui dñi nr̃i deuote aſſiſtẽtibus
aurẽ tue pietatis inclina et pre
ſta: ut cui⁹ glorioſa inſignia de
bito celebramus honore: eius
meritis et p̃cibus p̃ſentis vite
ſpacio felici ĩ tuo famulatu de
curſu eterne ſalutis munere cõ
ſolemur. Per. Vel illa.
COncede ſctẽ pr̃ oñs eter
ne deus: ut qui ſereniſſime dñe
nr̃e matris filij tui ſempq3 vir
ginis marie excellentiã ſingu-
lare3 veneramur eius impiali
patrocinio glĩemur: ⁊ ut oſcu-
lum ſpõſi ꝑ eam ſumere valea
mus. Per. Epla. Ab inicio et
ante ſecula. infra in cõi de btã
virgine Gr. A ſũmo celo egreſ
ſio eius: ⁊ occurſus eius uſq3 ad ſũ-
mũ eius: nec eſt qui abſcõdit ſe a ca-

lore eius. ꝟ. Timor dñi ſanctus per
manēs in ſeculum ſeculi iudicia dñi
vera iuſtificata in ſemetipſa. Alla
ꝟ. Saphiro manſit pulchrior virgi
nis humilitas: niueq; candidior ei⁹
fuit caſtitas: ergo ſpes hũiliũ ama-
trix caſtitatis feſta colentes niuium
cõiungito beatis alleluia. Proſa.
Eya ſpõſa chriſti gaude corde
voce noua laude militans ec
cleſia. Et celeſtis hierarchie iocun
dent in hac die dulci cum sympho-
nia. Totus orbis colletet̃ tot⁹ cho
rus gratulet̃ ſupnorũ ciuiũ. Geni
tricis illibate ſemper virginis beate
aſſiſtunt feſta niuiũ. Que nature
cõtrariũ ex auguſto infinitũ fructuz
pfert paruula. Homo deum ſtella
ſolem nata patrē virgo prolem anti
quũ iuuēcula. Nouũ creat vgo vi
rum dum ſol virginale gyrũ in eſta
te media. Luſtrat magno cũ fer-
uore niuē dedit cũ algore miſcuit cõ
traria. Borem agit in ſtuporē dũ
nix dat pter morem incõſuetum pa-
trie. Quid pretendit duz ſcitur ſta
tim tellus aperit tue pro cultu latrie
Hui⁹ templi de ſtructura vidit vi
ſione pura põtifex liberius. Geni
tricē pcellentē nocte ſibi colloquentē
obedit celerius. Somno vidit cũ
vxore matrē xpi cuz fulgore nobilis
patricius. Fundãs templũ ↄſum-
mari ⁊ a cunctis venerari exequunt̃
citius. Templũ pulchrũ erexerũt ⁊
idē ↄſecrauerũt virginis ſub titulo.
Cui ſigna claret pura q̃ ſunt ſunt
a natura eius amminiculo. Quã
pcemur corde puro vt nõ latet in ob
ſcuro nec tandē ſpũs. Sed in regno
claritatis tũc colloces cũ beatis poſt
pſentes gemitus Amē. Euãg. Li
ber generatõis ꝛc. Requre i nati
uitate ipſi⁹. Offr. Diffuſa eſt
grã in labijs tuis pptereã bñdixit te
de⁹ ineternũ ⁊ i ſeculũ ſeculi. Secr.
Clementiſſime pr̃ maieſtati
tue hoſtias corpis et ſãguinis
ieſu xp̃i filij tui dñi nr̃i p pecca
tis nr̃is offerētes humiliter de
precamur: vt btē marie vginis
eiuſdē filij tui genitric ad hec
expiãda pcib⁹ adiuuemur cui⁹
oratoriũ hodierna die i niuiũ
deſcēſu formaliter expſſiſti. P.
eundē. Com. Dilexiſti iuſticiã ⁊
odiſti iniqtatē ppterea vnxit te deus
de⁹ tu⁹. Cõpl. Corpe ⁊ ſangui
ne ieſu xp̃i filij tui dñi nr̃i refe-
cti q̃s oṗs de⁹: vt eodē ſctõ cor
pore in nobis operãte ad illi⁹
gaudia venire valeamus in ce

lis: cuius hodierna die orato-
riũ niuiũ deſcẽſu demonſtrare
voluiſti in terris. Per eundẽ.
Dominici confeſſoris. In me-
dio eccl. vts in die ſcti thome de
Deus qui aquino. Oro.
eccleſiã tuã bti dñici cõ-
feſſoris tui illuminare digna-
tus es meritis ⁊ exẽplis: cõcede
vt eius interceſſiõe ⁊ tpalibus
nõ deſtituat auxilijs: ⁊ ſpũali-
bus ſp ꝓficiat incremẽtis. P.
Epla. Dilectus deo ⁊ hoibus
infra de cõfeſſore. Gr. Dñe pre
uenisti. vts in die ſcti panthale
onis. Alla. v. Iſte eſt q ante deũ
magnas virtutes operatus eſt ⁊ omĩs
terra doctrina eius repleta eſt. Pſa.
Dilectus deo. Vel illa. Hic oculis
ac ma. infra de cõfeſ. Euange.
Vos eſtis ſal terre. infra de cõ
feſſore. Offr. Poſuiſti dñe i ca-
pite eius coronã de lapide precioſo vi
tam petijt a te tribuiſti ei. Secreta
Munera tibi dñe dicata ſctifi
ca ⁊ meritis beati dñici confeſ
ſoris tui nobis ꝓficiãt ad me-
delã. P. Com. Dñe quinq3 talẽta.
vts i die ſtephani pape. Copl.
Concede qſũs oſ deus: vt q
peccatorũ noſtrorũ pondere p-
mimur: beati dñici confeſſoris
tui patrocinio liberemur. Per
Eodẽ die oſualdi regis ⁊ mar-
Deus qui tiris ſola cõmemo. Oro
Deus qui beatũ oſualdũ
regẽ ⁊ martirẽ tuũ hodie ſuſce
piſti atq3 remunerasti. cõcede
ꝓpicius: vt qui eius gaudem⁹
meritis: ꝓuocemur exẽplis. P.
Hoſtias qs dñe quas Secr.
in cõmemoratiõe beati oſual-
di regis ⁊ martyris deuote ti-
bi offerimus miserat⁹ aſſume
et noſtrorũ peccatorũ vincula
dirumpe. P. Copl. Pign⁹ p-
petue ſalutis ſumẽtes clemen-
tiam tuam oſ deus implora
mus: vt beato oſualdo interue-
niente celeſti vite ꝑmia cõſequi
mereamur. P. Sixti feliciſſimi
⁊ agapiti martyrũ. Sacerdotes
dei. vts i die appollinaris Oro
Deus q nos cõcedis ſctõ-
rũ martyrũ tuoꝝ ſixti fe
liciſſimi et agapiti natalicia
colere. da nobis in eterna leti-
cia de eorũ ſocietate gaudere.
Cõmemoratio cõpetẽs. Epla.
Rememoramini. īfra de mar-
tyribus. Gr. Anima noſtra ſi
cut paſſer erepta eſt de laqueo venã-

tium:laqueus contritus eſt ⁊ nos li
berati ſumus. ℣. Adiutoriū noſtrū
in noīe dñi qui fecit celum ⁊ terram
Alla. ℣. Te martyrū candidatus
laudat exercitus dñe. Euāg. Ecce
nos reliquimus oīa. queratur
in die cōuerſionis pauli. Offē
Anima noſtra ſicut paſſer erepta
eſt de laqueo venantiū:laqueus con
trit⁹ eſt ⁊ nos liberati ſum⁹. Secr.
Munera tibi dñe dicata ſan
ctifica:⁊ intercedente beato ſi-
xto martyre tuo atq; pontifi-
ce cum ſocijs ſuis ꝑ eadē nos
placatus intēde. Coīi. Aīa
nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
venantiū. Cōpl. Preſta nobis
qȝ̄s dñe intercedētibus ſctīs
tuis ſixto feliciſſimo et agapi-
to:vt que ore cōtingimus: pu-
ra mēte capiamus. Per dñm.
In transfiguratiōe dñi Intr.
In excelſo throno vidi ſedere
virū quē adorat multitudo
angelorum pſallentes in vnum ecce
cuius imperij nomen eſt ineternum
Ps. Iubilate deo oīs t̄ra pſalmū
dicite noī eius. Vel dicat Intro.
Dñs dixit ad me. vt in die natiui
tatis xp̄i in gallicātu.
Deus q̄ hodierna Orō.
die vnigenitū tuū mirabiliter
transformatū celit⁹ vtriuſq;
teſtamenti patribus reuelaſti
da nobis qȝ̄s bñplacitis tibi
actibus ad eius ſemꝑ contem
plādam ꝑtingere gloriā:in q̄
tue paternitati optime cōpla-
cuiſſe teſtatus es. Per eundē.
Lectio ep̄le bt̄i petri ap̄li. ij. j.
Chariſſimi. Iuſtū arbi-
tror q̄diu ſum in hoc ta
bernaculo ſuſcitare vos in cō-
monitiōe:cert⁹ q̄ velox ſit de-
poſitio tabernaculi mei:ſm q̄
et dñs noſter ieſus xp̄s ſignifi-
cauit mihi. Dabo autem ope
ram et frequenter habere vos
poſt obitum meum vt horum
omniū memoriā faciatis. Nō
enim indoctas fabulas ſecuti
notā fecimus vobis dñi nr̄i ie-
ſu xp̄i virtutē ⁊ ꝑſcientiam:ſed
ſpeculatores facti illi⁹ magni-
tudinis. Accipiēs eīn a deo pa
tre honorē ⁊ gloriam voce de-
lapſa ad eum huiuſcemodi: a
magnifica gloria. Hic eſt fili-
us meus dilectus:in quo mihi
complacui: ipſum audite. Et
hāc vocē nos audiuimus de ce
lo allatā:cū eſſemus cū ipſo in

monte ſctõ. Et habem⁹ firmio
rē ꝓpheticũ ſermonē. cui bñfa-
citis attēdētes q̄ſi lucerne luce-
ti in caliginoſo loco: donec di-
es eluceſcat: et lucifer oriat̃ in
cordibus vr̃is. Gr. Benedictus
qui venit in noīe dñi dñs deus ⁊ illu
xit nob. V. A dño factũ ē iſtud: et eſt
mirabile in oculis nr̃is. Vel dicat̃
grad. vna cũ Alla. de miſſa in
natiuitate dñi in gallicantu.

Alla. V. Dñs regnauit decorē in-
dutus eſt: induit dñs fortitudinem ⁊
p̄cinxit ſe virtute. Proſa. Bñdicta
ſemp. vs̃ de ſ. trinitate. vel hec

Adeſt dies celebris quo lux lu
xit tenebris xp̄s in mōticulo
Thabor hermon gaudeat dñm ſu
ſcipiat vere pacis oſculo. Hic ē lu-
men luminis mēti lucens hoīs int⁹
ſua gratia. In qua iſtud radiat te-
nebras mens neſciat cuncta pellens
vicia. O lux ſereniſſima xp̄e ſalus
optima nr̃is fulge ſenſibus. Quic
quid extat horridũ mēti nr̃e noxium
noſtris aufer cordibus. Te p̄ſente
ſtabiles te abſente debiles ſum⁹ ⁊ in
oibus. Ergo manũ porrige: mala
noſtra corrige illuſtrans virtutib⁹.
Ut poſt hāc miſeriam ducas nos
ad patriam manſuram ꝑhenniter.
In quā tibi filio patriq; paracli-
to decantemus iugiter. Euāgeliũ
Aſſumpſit ih̃s petrũ. vs̃ ſab-
bato an̄ reminiſcere i. xl. Credo
dicit̃. Offer. De⁹ firmauit orbē
terre qui non cōmouebit̃: parata ſe-
des tua deus ex tunc a ſeculo tu es.

Suſcipe dñe pater oīps Secr
eterne deus munera q̄ ꝓ glorio
ſa filij tui transfiguratōe defe-
rimus. ⁊ concede ꝓpicius: vt p
hec a tp̄alibus liberemur inco
modis ⁊ gaudijs cōnectamur
eternis. Per eundē. Prefatio de
ephia dñi. Com. Reuelabitur
gloria dñi ⁊ videbit oīs caro ſaluta
re dei noſtri. Vel com. In ſplēdo
ribus ſanctoꝝ. vs̃ in die natiui
tatis. Cōplē. Deus qui hunc
diem incarnati verbi tui trāſ-
figuratōe: tueq; ad eum miſſa
paternitatis voce conſecraſti.
tribue q̄s: vt diuinis paſti ali-
monijs in eius mereamur mē-
bra trāſferri q hec i ſui memo-
riā fieri p̄cepit. dñs nr̄ ih̃s xp̄s
fili⁹ tu⁹. Qui tecũ. Donati cō
feſſoris introit. Gloria ⁊ honore
vs̃ in die pāthaleonis. Oro.

Deus tuorũ gloria ſacer-
dotuz. p̄ſta q̄s: vt ſcti

martiris tui et epi donati cuiꝰ
feſta gerimus eius auxiliū ſen
tiamus. P. Eodē die ſctē affre
Interceſſio nos q̄s Orō.
dn̄e beate affre martyris
tue ſociarūqꝫ eius ſemꝑ letifi-
cet: q̄ in tui nōis ꝯfeſſione tibi
placere meruit: tuāqꝫ gloriaꝫ
in celis adeptura ꝑ ignis ꝯcre
mationē et aque ſubmerſionē
coronā vite eſt cōſecuta. Epl̄a.
Oīs pōtifex. de ꝯfeſ. Gr̄. Be
atus vir q̄ timet dn̄m in mādat̄ eiꝰ
cupit nimis. V̄. Potens in terra erit
ſemen eius: generatio rectorū bn̄di-
cet̄. Alla. V̄. Poſuiſti dn̄e ſuꝑ ca-
put eius coronam de lapide p̄cioſo.
Euāg. Si q̄s vult ve. de marti
re Offe. Inueni dauid ſeruū me
um: oleo ſancto vnxi eum: manꝰ eū
mea auxiliabitur ei ⁊ brachiū meuꝫ
ꝯfortabit eū. Secr. Preſta q̄s
dn̄e: vt interceſſione martyris
tui ⁊ epi donati: quē ad laudē
nōis tui dicatis muneribꝰ ho-
noramus: pie nobis deuotōis
fructꝰ accreſcat. Secr. Omīs
oīps deꝰ: vt ſacrificiū qd̄ tue pie
tati deſiderāter offerimꝰ: gra-
tū tibi btā affra ſuffragatrix
ſocieqꝫ eius efficiāt. P. Coīn.

Qd̄ dico vobis ī tenebris dicite in
lumine dicit dn̄s: ⁊ qd̄ in aure audi-
tis p̄dicate ſuꝑ tecta. Cōpl. Vo-
tiua dn̄e dona q̄ ꝑ beati mar-
tiris tui ⁊ epi donati ꝑcepimꝰ.
p̄ſta q̄s: vt eius p̄cibus ⁊ p̄ſen-
tis vite nobis pariter ⁊ eterne
tribuas cōferri ſubſidiū. Per.
Beate affre martyris Cōpl.
tue dn̄e ſuffragijs exoratus: ꝑ-
cepti ſacri tui nos ꝟtute defen-
de. Aut ſi q̄s vult tenere officiū
de ſctā affra ſociabuſqꝫ eius.
Intret in ꝯſpe. vt̄s in die abdon
Deus cuiꝰ ⁊ ſennen. Orō
charitatis ardore incen
ſa beata affra vna cuꝫ puellis
ſuis illicita carnaliū deſiderio
rū incēdia deuicit: carniſqꝫ cō
buſtionē ſuſtinuit impterrita
te ſupplices dep̄camur: vt ꝑ ea
rū p̄ces in nob̄ carnalia deſide
ria extinguas: atqꝫ ad ſupna
gaudia nos ꝑducas. P. Epl̄a
Reddet deꝰ mercedeꝫ. infra de
martiribꝰ. Gr̄. Exultabunt ſcti
vt̄s abdon ⁊ ſennen. Alla. Iu-
ſti epulent̄. vt̄s ibidē. pſa. O bea
ta beatorum. De martyribus.
Euāg. Vidēs ihs turbas aſcē-
dit in. de martyribus. Offert.

Letamini in dño ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde. Secr. Sacrificiū dñe qḋ deſideranter offerimus gratum tibi btā affra ſuffragatrix ſocieqꝫ eius efficiāt. Com. Et ſi corã hoīb⁹ tormenta paſſi ſunt deus temptauit illos tāq̄ aurū i fornace ꝓbauit eos ⁊ ſicut holocauſta accepit eos. Cōpl. Beate affre martyris tue ſociarūqꝫ eius dñe ſuffragijs exoramus: ut percepti ſacri eius nos virtute defendas. Per do.

Cyriaci ⁊ ſociorū eius.

Timete dñm oẽs ſctī eius qm̄ nihil deeſt timẽtib⁹ eū diuites eguerunt ⁊ eſurierūt inquirẽtes aūt dñm nō deficiẽt omī bono. Ps. Bñdicā dñm in oī tpe: ſp laus ei⁹ in ore meo. Oro. Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui ſociorūqꝫ eius ſolẽnitate letificas. ɔcede ꝓpici⁹: ut quorꝫ natalicia colim⁹: ɔ̄tutẽ qꝫ paſſionis imitemur. Cōmemoratio ɔpetẽs. Epła. Qui timent. infra de martiribus. Gr. Timete dñm oẽs ſctī eius qm̄ nihil deeſt timẽtibus eū. ṽ. Inquirẽtes aūt dñm nō deficiẽt omni bono. Alla ṽ. Te martyrū candidatus laudat exercitus dñe. Euange. Eũtes in mūdū uniuerſum. uſqꝫ ibi. et bñ habebūt. Require in aſcenſione dñi. Offer. Letamini in dño ⁊ exultate iuſti⁊ gloriamini oẽs recti corde. Secr. Accepta tibi ſit in cōſpectu tuo dñe nr̄a deuotio: ⁊ eorū nobis fiat ſupplicatōne ſalutaris ꝓ quorū tibi ſolẽnitate deferť. Com. Signa eos q̄ in me credunt hec ſequenť: demonia eijcient ſup egros manus imponẽt ⁊ bñ habebūt. Cōpl. Omñs dñe deus nr̄: ut interueniẽte beato ciriaco martyre tuo cum ſocijs ſuis ſacroſancta myſteria que ſumpſimus actu ſubſequamur ⁊ ſenſu.

In vigilia ſancti laurencij

Diſpſit dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Ps. Beat⁹ vir q̄ timet dñm i mādatis ei⁹ volet nimis. Oro. Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ interceſſione beati laurencij martyris tui ꝑpetuā nobis miſc̄diā benign⁹ impende. Alia dñice.

Tercia romani. Oratio

Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is: ut q̄ ex iniq̄tate nr̄a reos nos eſſe cognoſcimus: be-

ati romani martiris tui inter-
ceſſione liberemur. Epſa. Con
fitebor tibi dñe. infra de virgi-
ne. Gr. Diſperſit dedit paupib⁹
iuſticia eius manet in ſeculuȝ ſeculi.
ỽ. Potẽs in terra erit ſemen eius ge
neratio rectorũ bñdicetᷣ. Reiteraᷣ
Gr. Si vo die dñico fuerit dᷣ
Alla. ỽ. Poſuiſti dñe ſuper caput
eius coronã de lapide p̃cioſo. Euã.
Si qs vult poſt me ve. infra de
martire. Offr. Oratio mea mũ
da eſt: et ideo peto vt detᷣ locus voci
mee in celo qa ibi eſt iudex me⁹ ⁊ cõ-
ſcius me⁹: in excelſo aſcẽdat ad dñm
deprecatio mea. Secre. Hoſtias
dñe quas tibi offerimus ꝓpici
us reſpice: et intercedẽte beato
laurẽcio martyre tuo vincula
pctõꝝ noſtroꝝ abſolue. Secre.
Sacrificium dñe qḋ ꝓ beati
romani martyris tui honore
deferimus: ⁊ tibi qñs ad lau-
dẽ placeat: ⁊ nobis p illius ſuf
fragia ad eternã ſalutẽ obtinẽ
dã pficiat. P. Com. Qui vult
venire poſt me abneget ſemetipm̃ ⁊
tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequaᷣ me. Cõpl.
Da nobis qñs dñe deus nr̃:
vt ſicut btĩ laurencij martyris
tui ꝯmemoratiõe tpali gratu-
lamur officio: ita ppetuo lete-
mur aſpectu. Alia. Oĩs opẽs
de⁹: vt q̃ celeſtia alimẽta pcepi
mus intercedente beato roma
no martyre tuo p hec ꝯtra oĩa
aduerſa muniamur. Per do.

In die ſcti laurẽcij Int.
Confeſſio ⁊ pulchritudo i cõ-
ſpectu eius ſanctitas ⁊ magnificen-
tia in ſctificatõne ei⁹. Ps. Cantate
dño cãticũ nouũ cãtate dño oĩs tra.
Da nob qñs opẽs Oro.
deus viciorꝝ noſtroꝝ flã
mas extinguere: q̃ beato laurẽ
cio martyre tuo tribuiſti tor-
mẽtorũ ſuorũ incẽdia ſupare.
Ad Chorinth. ij. cor. ix.
Frẽs. Qui parce ſemiat:
parce ⁊ metet. Et qui ſeminat
in bñdictionibus: de bñdictio
nibus ⁊ metet. Vnuſqſqȝ put
deſtinauit i corde ſuo: nõ ex tri
ſticia aut ex neceſſitate hylarẽ
eñ datorẽ diligit deus. Potẽs
eſt aũt de⁹ omnẽ gratiã abun-
dare facere in vobis: vt in om-
nibus ſemper omnẽ ſufficien-
tiam habentes: abundetis in
omne opus bonum: ſicut ſcri-
ptum eſt. Diſperſit dedit pau
perib⁹: iuſticia eius manet i ſe

culū ſeculi. Qui autē admini-
ſtrat ſemē ſeminātí: ⁊ panē ad
mādu candū p̄ſtabit: ⁊ multi-
plicabit ſemen vr̄m: ⁊ augebit
incremēta frugum iuſticie vr̄e
Probaſti dn̄e coꝛ meū ⁊ viſi Gr.
taſti nocte. ℣. Igne me examinaſti:
⁊ nō ē inuēta in me iniq̄tas. Alla.
℣. Leuita laurēcius bonū opus ope
rat⁹ ē q̄ p ſignū crucis cecos illumīa
uit ⁊ theſauros eccl'ie dedit paupib⁹.
Stola iocunditatis Proſa.
alla. Induit dn̄s hodie mi
litē ſuū laurentiū. Solito plaudat
alacrius cōcio leta fideliū. Hodie
martir inſignis hoſtiā deo placentē
obtulit. Hodie tormētū ignis gra
uiter examinatus ꝑtulit. Anima-
tus ad certamen monitu beati ſenis
Grauiſſimis nō refugit exhibere
mēbꝛa penis. Ante regē accerſit᷑ et
de rebus cōuenitur occultis eccleſie.
Sed nō cedit blādimētis nec emol
lit᷑ haut toꝛmēt' eius auaricie. Il-
ludit᷑ valerianus ⁊ leuite larga ma-
nus dum petit inducias. Dat mi-
niſtra charitatis paupibus ꝯgrega-
tis facultatū copias. Furit igit᷑ p̄-
fectus ⁊ parat᷑ ardens lectus inſultā
tis viſcera cratis urit aſꝑa. Sudat
martir in agone ſpe mercedis ⁊ coꝛo
ne q̄ dat᷑ fidelibus p xp̄o certātibus.
De cuius militia celi gaudet curia
Quoniā vicit hodie miniſtros ne
quicie. Ut hūc ergo per patronū
cōſequamur vite donū. In illius
die feſto choꝛus nr̄ let⁹ eſto. Iocun
dum ī eccleſia decantans alla alla.
In illo tp̄e. S. Joh. xij.
Dixit ih̄s diſcipulis ſu-
is. Amen amē dico vobis. Ni-
ſi granū frumēti cadens ī ter-
ram moꝛtuū fuerit: ipm̄ ſolū
manet. ſi aūt moꝛtuum fuerit:
mlt̄ū fructū affert. Qui amat
aīam ſuā ꝑdet eam: et q̄ odit
aīam ſuā in hoc mūdo: in vitā
eternā cuſtodit eā. Si q̄s mihi
miniſtrat: me ſequat᷑ Et vbi ſū
ego: illic ⁊ miniſter me⁹ erit Si
q̄s mihi miniſtrauerit: honoꝛi
ficabit eū pr̄ me⁹: q̄ eſt in celis.
Credo Offr. Cōfeſſio ⁊ pulcri
tudo ī ꝯſpectu ei⁹ ſcītas ⁊ magnificē
tia in ſcīficatiōe ei⁹. Secr. Acci
pe dn̄e q̄s mūera dignāter ob-
lata: ⁊ beati laurētij ſuffragā-
tib⁹ meritis ad nr̄e ſalutis au-
xilium ꝑuenire concede. Per.
Qui mihi miniſtrat me ſe Coīū
quat᷑: ⁊ vbi ego ſum illic et miniſter
meus erit. Cōpl. Sacro mune-

re vegetati ſupplices te dñe de-
pcamur. vt qđ debite ſeruitu-
tis celebramus officio: interce-
dente beato laurēcio martyre
tuo ſaluatōnis tue ſentiamus
augmētum P. Tyburcij mar
tyrꝰ. Juſtus vt pal. vcs̄ i die ſte-
phani pape. Oratio.
Beati tyburcij martyris
tui nos qs̄ dñe foueāt conti-
nuata pſidia. quia nō deſinis
ppiciatus intuere: qs talibus
auxilijs ꝯceſſeris adiuuari. p.
Alia dñice. Tercia ſcti lauren
cij. Epl'a. Juſtus ſi morte pre.
infra de martyre. Gṙ. Os iu
ſti meditabiꝛ ſapientiā: ⁊ lingua eiꝰ
loqueꝛ iudiciū. V. Lex dei eius i cor-
de ipſius ⁊ nō ſupplantabunꝛ greſ-
ſus eiꝰ. Alla. V. Letabiꝛ iuſtus in
dño ⁊ ſperabit in eo ⁊ laudabuntur
oēs recti corde. Euāge. Hoc eſt p
ceptū. de apl'is. Offꝫ. In vir-
tute tua dñe letabiꝛ iuſtus ⁊ ſup ſa-
lutare tuū exultabit vehemēter deſi
deriū anime eius tribuiſti ei. Secr.
Adeſto dñe pcibꝰ ppl'i tui: ad
eſto ⁊ muneribꝰ: vt q ſacris ſūt
oblata myſterijs: tuorum tibi
placeāt interceſſione ſctōꝫ. P.
Letabiꝛ iuſtus in dño et Coñ.

ſperabit in eo ⁊ laudabunꝛ oēs recti
corde. Cōpl. Sumpſimus dñe
pignꝰ redēptōis eterne. ſit nobꝰ
qs interueniente btō tyburcio
martyre tuo vite pſentis auxi
liū pariꝛ ⁊ future. Clare virgi-
nis ſola cōmemo. Orō.
Famulos tuos qs dñe be
ate vginis tue clare votiua na
talicia recēſentes: et celeſtium
gaudioꝫ ſua facias interuēti-
one pticipes: ⁊ ſiꝛ in vnū diui-
tis et paupis tui vnigeniti co-
heredes Qui cū. Secr. Obla
ta tibi dñe dona ſctifica: q ma
ieſtati tue accepta fiāt btē vgi
nis tue clare interceſſione vene
rāda Cōpl. Protegāt qs dñe
plebē tuaꝫ glioſe virginis tue
clare ꝯtinua pſidia: ⁊ ſumpta
p illiꝰ gl'ia corpis ſacri et pcio-
ſi ſanguinis ſacra. Ipoliti et
Juſti epulenꝛ ſocioꝫ eius.
⁊ exultēt in ꝯſpectu dei ⁊ dele-
ctenꝛ in leticia. Ps̄. Exurgat deꝰ et
diſſipenꝛ inimici eiꝰ et fugiāt q ode-
runt eū a facie eius. Orō.
Da nobꝰ qs oīps deꝰ: vt bti
ypoliti martyris tui ſocioꝫq3
eius venerāda ſolēnitas: ⁊ de-
uotionē nobꝰ augeat ⁊ ſalutē.

Cōmemoꝛatio cōpetēs. Epla.
Juſti aūt imppetuū. De mar-
tyrib⁹ Gꝛ. Juſtoꝝ aīe in manu
dei ſunt ⁊ nō tanget illos toꝛmentū
malicie. ṽ. Viſi ſunt oculis inſipien
tiū moꝛi: illi aūt ſūt in pace. Alla.
ṽ. Mirabilis dn̄s de⁹ nr̄ in ſanctis
ſuis. Euāg. Attēdite a fermēto
De martiribus Offꝛ. Anima
nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
venantiū: laqueus ꝯtritus eſt ⁊ nos
liberati ſumus. Secre. Reſpice
dn̄e munera ppl̄i tui cuꝫ ſctōꝝ
martiꝝ tuoꝝ ypoliti ſocioꝝqꝫ
ei⁹ feſtiuitate votiua: ⁊ tue teſti
ficatio veritatis nobis ꝓficiat
ad ſalutē. P. Coīn. Dico autē
vobis amic᷑ meis ne terreamini ab
his q̄ vos ꝑſequunt̄. Cōplē. Sa-
cramētoꝛū tuoꝝ dn̄e cōmunio
ſumpta nos ſaluet: ⁊ intercedē
tibus ſctīs tuis ypolito ⁊ ſoci-
is eius quoꝛū ſolennia agim⁹:
in tue veritat᷑ luce ꝯfirmet. P
In vigilia aſſumptōis marie
virginis Intr̄. Salue ſan
cta parēs enixa puerpera re
gem qui celum terramqꝫ regit in ſe-
cula ſeculoꝝ. Pſ. Sentiāt omnes
tuum leuamen: quicunqꝫ celebꝛant
tuam commemoꝛationem. Oro.

Deus qui virginalē aulā
beate marie ī qua habi-
tares eligere dignatus es. da
q̄s: vt ſua nos defenſione mu-
nitos incūdos faciat ſue inter
eſſe feſtiuitati. P. Alia dn̄ice.
Oꝛatio. Tercia euſebij. Deus qui nos beati euſe
bij cōfeſſoꝛis tui annua ſolen-
nitate letificas. cōcede ꝓpici⁹:
vt cuius natalicia colimus: ꝑ
eius ad te exēpla gradiamur.
Lcō libꝛi ſapie Eccleſia. xxiiij.
Ego quaſi vitis fructifi-
caui ſuauitatē odoꝛis: et
floꝛes mei fruct⁹ honoꝛis ⁊ ho-
neſtatis. Ego mater pulcre di
lectiōis: ⁊ timoꝛis: ⁊ agnitiōis
⁊ ſancte ſpei. In me oīs gratia
vie ⁊ veritatis. In me omnis
ſpes vite ⁊ virtut᷑. Trāſite ad
me omnes qui concupiſcitis
me: et a generationibus meis
implemini. Spiritus enim me
us ſuper mel dulcis: et heredi-
tas mea ſuper mel et fauum.
Memoꝛia mea in generatōes
ſeculoꝛum. Qui edunt me ad-
huc eſurient. ⁊ qui bibunt me:
adhuc ſitiēt Qui audit me: nō
confundetur. ⁊ qui operantur

in me non peccabunt. Qui elu
cidāt me vitā eternā habebūt.
Benedicta ⁊ venerabilis es Gr.
virgo maria que ſine tactu pudoris
inuēta es mater ſaluatoris. V. Vir
go dei genitrix quē totus nō capit or
bis in tua ſe clauſit viſcera fact᷒ hō.
Grad. reiterat. Si autē hec vi
gilia die dñico euenerit tunc:
Gloria in ex. Credo et Ite miſſa eſt
dicunt cum Alla. V. Virga yeſ
ſe floruit virgo deū ⁊ hoīem genuit:
pacē deus reddidit in ſe reconcilians
yma ſummis. Euāg. Loquēte ie
ſu ad turbas: extollens quedā
mulier. In cōi de btā virgine.
Felix nanqꝫ es ſacra vir Offꝫ.
go maria ⁊ omni laude digniſſima
quia ex te ortus eſt ſol iuſticie xp̄s de
us noſter. Secr. Magna ē dñe
apud tuā clementiā dei geni
tricis orō. quā idcirco de p̄ſen
ti ſeculo tranſtuliſti: vt p̄ pec
catis nr̄is apud te fiducialiter
itercedat. Secr. Laudis tue
dñe hoſtias immolam᷒ in tuo
rū cōmemoratione ſctōꝝ: qui
bus nos ⁊ p̄ſentib᷒ malis exui
confidimus ⁊ futuris. Per do.
Prefatio cōis. Com. Regina
mūdi et dña virgo maria ppetua in
tercede p̄ nobis ⁊ p̄ nr̄a pace ⁊ ſalu
te que genuiſti xp̄m dñm ſaluatorē
omniū. Cōpl. Concede miſeri
cors de᷒ fragilitati nr̄e p̄ſidiū:
vt q̄ ſctē dei genitricis ⁊ v̄ginis
marie requiē celebram᷒: inter
ceſſionis ei᷒ auxilio a nr̄is ini
quitatibus reſurgam᷒. Cōpl.
Refecti cibo potuqꝫ celeſti
de᷒ nr̄: te ſupplices exoram᷒: vt
in cuius hec cōmemoratōe pce
pimus: eius muniamur ⁊ p̄ci
bus. In fine. Benedicamus dño.
In die ſctō būdictōes herbaꝝ
Adiutoriū nr̄m i noīe dñi ⁊c. Orō
Omnipotens ſempiterne
deus: qui celū ⁊ terram
mare et viſibilia et inuiſibilia
v̄bo tuo creaſti ex nihilo: qui
qꝫ herbas arboreſqꝫ i vſus ho
minū animaliumqꝫ gignere
feciſti: et vnumquodqꝫ ſemen
tem in ipſo habere p̄cepiſti: at
qꝫ vt herbe nō ſolum animan
tibus ad victū: ſed etiā egris
corporibus prodeſſent ad me
dicamētū tua ineffabili pieta
te ꝯceſſiſti. te ſupplici mēte ⁊ ore
dep̄camur: vt has diuerſi gene
ris herbas tua clemētia bn̄ ✠
dicas: ⁊ ſalubres non ſolū ad

neceſſitates hoim vexetiã aia
liũ facere digneris: vt quicũqȝ
ex eis in hac venerãda feſtiui-
tate ſumpſerint: ſeu in quẽcũ-
qȝ vſum fuerint aſſumpte acci
piãt tam anie ꝗ͂ corpis ſanita
tẽ: qđ preſtare digneẽ ihs xp̄s.
Qui cum. **Alia oro.**

S Upplices etiaȝ atqȝ ob
nixius depcamur de⁹ oipoten
tiã tuaȝ: qui mirabiliter ex ni-
hilo cũcta creaſti: quiqȝ terraȝ
diuerſa germina pferre pcepi-
ſti: atqȝ uniuſcuiuſqȝ ſemẽ in
ſemetipſo manere ſup terrã in
didiſti. Et qui diuerſa eis me-
dicamẽtorꝫ genera ad ſanãda
hũani generis corpa impoſui-
ſti: tu bn̄ ✠ dicere ⁊ ſan ✠ cti
ficare has diuerſi generis her-
bas tua benignitate digneris
vt quicũqȝ ex eis ſunt ſumptu
ri tam aie ꝗ͂ corpis ſanitatẽ p
cipiãt. Per dñm. **Alia.**

D Omine deus pr̄ ops qui
ab inicio feciſti hoiem ad ima
ginẽ tuã: et cõdidiſti lumen: et
creaſti celũ ⁊ terram ⁊ oia cele-
ſtia ⁊ terreſtria tu dñe dñaris
poteſtati maris: tu habes po-
teſtatem abyſſi magne: tu cõ-
didiſti oia elemẽta. tu bn̄ ✠ di
cere ⁊ ſan ✠ ctificare digneꝛ
has creaturas herbaruȝ: ſicut
bn̄dixiſti quinqȝ panes in de-
ſerto et duos piſces: et ſatiaſti
quinqȝ milia hoim: oẽſqȝ qui
vtunẽ ex eis bn̄ ✠ dicere ⁊ ſan
cti ✠ ficare digneꝛ: vt ſint eis
ſanitas corpis mẽtis ⁊ anie in
noie pr̄is et filij et ſpũſſancti: ⁊
ab omnibus pecoribus que ex
eis guſtauerint putredinem et
omẽ fantaſma diaboli: ⁊ oẽm
morbũ ⁊ omnẽ doluȝ expellere
digneris. Per xp̄m dñm nr̄m

Benedictio pomorum.

T E depcamur ops eterne
deus: vt bn̄ ✠ dicas hunc fru
ctũ nouũ pomorꝫ: vt qui eſu in
terdicte arboris letalis pomi
in pthoparente iuſta fuimus
ſentẽtia damnati per illuſtra-
tionem filij tui dñi noſtri ieſu
xp̄i ⁊ ſpiritusſancti: cuius bene
dictione ſanctificata ſunt om
nia atqȝ bn̄dicta. vt depulſis
antiqui hoſtꝭ inſidijs ſalubri-
tatem mẽtis ⁊ corporis ſuma-
mus per dñm nr̄m ieſum chri-
ſtum bene ✠ dic hunc fructuȝ
pomorũ: vt hi qui ex eis vtunẽ

ſint ſctificati. Per xp̄m. Alia.
E Xorciſo te creatura her-
barū in noīe pr̄is oīpotē-
tis: et in noīe ieſu xp̄i filij eius ⁊
ſpūſſancti paracliti. Exorciſo
te omīs virtus aduerſarij: oīs
exercitus diaboli: oīs ſpūs ini-
mici: oīs icurſio demonū eradi
care ⁊ explātare ab hac creatu
ra herbarū: vt ad dei gratiam
feſtinantiū veſtigia nō ſequa-
ris interdico tibi. Per eūdē d.

In die aſſumptionis btē ma-
rie virginis Introitus

G Audeamus oēs in dn̄o diē
feſtū celebrātes in honore marie vir
ginis de cuiꝰ aſſumptiōe gaudēt an
geli ⁊ collaudāt filiū dei. Ps̄. Exal
tata es ſctā dei genitrix ſuper choros
angeloꝝ ad celeſtia regna. Orō.
V Enerāda nob dn̄e huiꝰ
diei feſtiuitas opem cōfe
rat ſalutareꝫ in q̄ ſctā dei geni
trix virgo maria mortē ſubijt
tēpalē: nec tn̄ mortis nexibꝰ dep̄
mi potuit q̄ filiū tuū dn̄m nr̄m
ihm xp̄m de ſe genuit incarna
tū. Qui tecū. Lctō libri Sapi
entie. Eccl'iaſtici. xxiiij.
I N oībꝰ requiē queſiui: et
i hereditate domini morabor.
Tunc p̄cepit ⁊ dixit mihi crea
tor oīm: ⁊ qui creauit me requie-
uit in tabernaculo meo: et di-
xit mihi. In iacob inhabita: ⁊
in iſrael hereditare: ⁊ in electis
meis mitte radices. Et ſic i ſyō
firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſan-
ctificata ſimiliter requieui: et
in hier'lm poteſtas mea. Et ra-
dicaui in p̄plo honorificato: et
in partes dei mei hereditas il-
lius: ⁊ in plenitudine ſanctoꝝ
detētio mea. Quaſi cedrus ex-
altata ſum in libano: et quaſi
cypreſſus in mōte ſyon Quaſi
palma exaltata ſum in cades:
⁊ quaſi plantatio roſe in hieri
cho. Quaſi oliua ſpecioſa i cā-
pis: et quaſi platanus exalta-
ta ſum iuxta aquas. In plate
is ſicut cynamomum ⁊ balſa-
mū aromatizās odorem dedi.
Quaſi mirra electa dedi ſua-
uitateꝫ odoris. Gr̄. Propter
veritateꝫ ⁊ manſuetudinē ⁊ iuſticiā
⁊ deducet te mirabiliter dextera tua
℣. Audi filia ⁊ vide et inclina aureꝫ
tuā quia cōcupiuit rex ſpeciem tuaꝫ.
Alla. ℣. Aſſūpta eſt maria in celū
gaudet exercitꝰ angeloꝝ. pſa
O gaudēt angelorum chori

glorioſe virgini Que ſine virili cõ
mixtione genuit. Filiũ q̃ ſuo mũ-
dũ cruore medicat. Nam ip̃a letať
q̄ celi iam cõſpicať principem. In
terris cui quondã ſuggendas virgo
mãmillas p̃buit. Quã celebris an
gelis maria ieſu mater crediť Qui
filij illius debitos ſe cognoſcunt fa-
mulos. Qua glĩa ĩ celis iſta virgo
coliť. Que dño celi p̃buit hoſpitiuz
ſui ſanctiſſimi corpis. Quã ſplẽdi
da polo ſtella maris rutilat. Que
omniũ lumẽ aſtrorum ⁊ hominũ at
q3 ſpirituũ genuit. Te celi regina
hec plebitula pijs cõcelebrat mẽtib⁹
Te cantu melodo ſup ethera vna
cum angelis eleuat Te libri virgo
cõcinnũt pphetarum chorus iubilat
ſacerdotũ apl̃i xp̃iq3 martyres predi
cant Te plebis ſexus ſequiť vtriuſ
q3 vitã diligens virginalẽ celicolas
in caſtimonia emulãs. Ecclesia er
go cuncta te laudibus teq3 carmini-
bus venerans. Tibi ſuam manife
ſtat deuotionẽ precatu te ſupplici im
plorans maria. Vt ſibi auxilium
circa xp̃m dñm eſſe digneris p euuz.
In illo tpe. S. Lucam. x.
Intrauit ieſus in quod-
dam caſtellũ: ⁊ mulier quedaz
martha noĩe excepit illũ in do
mũ ſuã Et huic erat ſoror noĩe
maria: q̃ etiã ſedẽs ſecus pedes
dñi: audiebat verbum illius.
Martha autẽ ſatagebat circa
frequẽs miniſteriũ. Que ſtetit
⁊ ait Dñe: nõ eſt tibi cure q̄ ſo
ror mea reliquit me ſolã mini-
ſtrare. Dic ergo illi: vt me ad
iuuet. Et rñdens dixit illi dñs
Martha martha: ſolicita es: ⁊
turbaris erga plurima. Por-
ro vnũ eſt neceſſariuz. Maria
optimã partẽ elegit: q̃ nõ aufe
reť ab ea. Credo dř p totã octa
uã Offř. Diffuſa ẽ grã in labijs
tuis: ppterea bñdixit te de⁹ ineternũ
⁊ ĩ ſeculũ ſeculi. Secř. Subuent
at q̃s dñe plebi tue dei genitri-
cis oratio: quã et ſi p cõditiõe
carnis migraſſe cognoſcimus
eaz ĩ celeſti glĩa apud te p nob
intercedere ſentiam⁹. Per eũ.
Dilexiſti iuſticiã ⁊ odiſti Com.
iniquitatem pptere vnxit te de⁹ de
us tuus. Cõpl. Menſe celeſtis
participes effecti imploram⁹
clementiã tuã dñe deus noſter
vt qui feſta dei genitricis ma-
rie colimus: a cũctis malis im-
minentibus eius interceſſione
liberemur. Per eundem dñm.

In octaua ſcti laurēcij Intr.
Probaſti dñe cor meū et viſi-
taſti nocte: igne me examina
ſti ⁊ nō eſt inuēta in me iniqtas. Pſ.
Exaudi dñe iuſticiā meā: intende de
precationem meam. Oro.
Excita dñe in eccleſia tua
ſpiritum cui beatus laurenci-
us leuita ſeruiuit: vt eodē nos
replente ſtudeamus amare qđ
amauit ⁊ ope exercere qđ docu
it. Per do. eiuſdē. Epla. Teſti
ficor corā deo. infra de ɔfeſſore
Gr. Diſpſit. vts in vigilia lau
rēcij. Alla. Leuita laurētius. vts
in die Proſa.
Laurenti da
Quid magni martyr mileſqꝫ
fortis. Tu imperatoris tribunal.
Tu manꝰ tortorū crudtas. Spre
uiſti ſecutus deſiderabilem atqꝫ ma
nu fortez. Qui ſolus potuit regna
ſuperare tyranni crudelis. Cuiuſ-
qꝫ ſanctus ſanguinis pdigos fecit
amor milites eiꝰ. Dummodo illū
liceat cernere p diſpēdio vite p̄ſentis
Ceſaris tu faces cōtemnis ⁊ indi-
cis minas derides Carnifex vngu
las ⁊ vſtor craticulā vane cōſumunt
Dolet impius vrbis p̄fectus victꝰ
a piſce aſſato xp̄i cibo. Gaudet do
mini ɔuiuia fano ɔreſurgēti cū ipſo
ſaturatus. O laurēti militū dauid
inuictiſſime regis eterni. Apud il
lū ſeruulis ipſiꝰ deprecare veniā ſemp
Martyr mileſqꝫ fortis. Euāgel.
Si qs vult poſt me ve. de mar-
tyre. Offer. Oratio mea. vts in
vigilia. Secr. Beati laurēcij
martyris tui honorabilē paſſi
onē muneribus dñe geminatꝰ
exeqmur. q̄ licet pprijs memo-
randa ſit principijs: indeſinen
ter tū pmaneat glorioſa. Per.
Qui vult venire poſt me ab- Cō.
neget ſemetipm ⁊ tollat crucē ſuaz ⁊
ſequat me. Cōplr. Solenne no
bis interceſſio beati laurencij
martiris tui qūs dñe p̄ſtet au
xilium: vt celeſtis mēſe partici
patio quaz ſumpſimus tribu-
at eccleſie tue recēſitaz leticiaz.
Agapiti martyris ſola cōme.
Beati martyris tui Oro.
agapiti merita nos dñe
qs p̄cioſa tueāt: in qbꝰ tue ma-
ieſtatis opa p̄dicantes ⁊ p̄ſens
p ea capiamꝰ adiutoriū: et fu-
turū. Secr. Suſcipe dñe mu-
nera q̄ in eius tibi ſolennitate
deferimus: cuius nos ɔfidimꝰ
patrocinio liberari. P. Cōpl.
Satiaſti dñe familiaz tuam

muneribus ſacris eius q̄s ſem per interceſſiōe nos refoue: cu‑ius ſolennia celebꝛamus. Per.

Magni martyris ſola cōme.

Adeſto dn̄e ſuppli‑ Orō. cationibus nr̄is: ⁊ inter cedēte beato magno martyre tuo ab hoſtium nos defende ꝓ piciatus incurſu. Secr. Pre‑ſta nobis q̄s oēs deus: ut nr̄e humilitatis oblatio: ⁊ ꝓ tuoꝝ tibi grata ſit honoꝛe ſanctoꝛū ⁊ nos coꝛpe et mente purificet. Tua ſcrā ſumētes qs̄ Cōpl dn̄e: ut beati magni martyris tui nos foueāt ꝯtinuata pꝛeſi‑dia. P.

Bernhardi abbatis

In medio eccleſie aperuit os eius ⁊ impleuit eum dn̄s ſpū ſapiētie ⁊ intellectus ſtola gloꝛie in‑duit eū. Ps. Bonū eſt ꝯfiteri dn̄o ⁊ pſallere noī tuo altiſſime. Oratio

Perfice q̄s dn̄e piū i nob ſctē religionis effectum ⁊ ad obtinendā grē tue largi‑tatē btūs bernhardus abbas et doctoꝛ egregius ſuis ꝓ nob apud te ſemꝑ meritis et pcib⁹ intercedat. P. Epla. Optaui ⁊ dat⁹ eſt mihi. infra de cōfeſ. Os iuſti meditabit ſapien‑ Gr. tiā ⁊ lingua eius loquet iudiciū. V. Lex dei eius in coꝛde ipſius ⁊ nō ſup plantabuntur greſſus eius. Alla. V. Iſte eſt ſanctus hō q̄ placuit dn̄o deo in diebus ſuis: et in tēplo dei ſui ut ſol refulſit. Euāge. Vos eſtis ſal terre. infra de cōfeſ. Offer.

Ueritas mea et miſcdia mea cum ipſo: et in noīe meo exaltabit coꝛnu eius. Secr. Paternis interceſ‑ſionib⁹ magni paſtoꝛis bern‑hardi pꝛeſta qs̄ oēs deus: ut familie tue cōmendet oblatio cui⁹ vita decoꝛat celeſtibus ex‑emplis. P. Com. Dn̄e quinq̄ talenta tradidiſti mihi: ecce alia qu‑q̄ ſuplucrat⁹ ſum: euge ſerue bone ⁊ fidelis q̄a in pauca fuiſti fidelis ſu‑pꝛa multa te cōſtituā intra in gaudi um dn̄i tui. Cōpl. Interceſſio nos dn̄e qs̄ beati bernhardi abbatis tui commēdet orō: ut qd̄ nr̄is meritis nō valemus: eius patrocinio aſſequamur.

Stephani regis ſola cōmemo.

Deus q̄ btm̄ ſtepha Orō nū regē cōfeſſoꝛēq̄ tuū terreni imperij gloꝛia coꝛona‑ſti. pꝛeſta q̄s: ut quē pannonia meruit habere diuine religio‑nis doctoꝛē in terris: eū modo

eccleſia tua ſctã mereatꝛ habere
defenſorem in celis. Per. Secꝛ
Laudis tue dñe hoſtias im-
malamus in tuoꝝ ↄmemora-
tione ſctõꝝ q̃bus nos et p̃ſenti
bus malis exui confidimus: et
futuris. P. Cõplẽ. Refecti ci
bo potuq₃ celeſti deꝰ nr̃: te ſup
plices exoramus: vt in cuiꝰ hec
ↄmemoratiõe pcepimus: eius
muniamur ⁊ p̃cibus. In octa
ua aſſumptõis Intr̃. Gaudea-
mus oẽs. vrs̃ in die aſſumptõis
Conceðe nobis q̃s Orõ.
omñs deꝰ ad beate marie
ſemp vĩginis gaudia eterna p-
tingere: de cuius nos veneran
da aſſumptiõe tribuis annua
ſolennitate gaudere. Alia oĩa
vt ipſo die cum proſa.
ARea virga prime matris eue
florens roſa pceſſit maria. Oritur
vt lucifer inꝰ aſtra etherea ppulchra
vt luna. Fragraſſcit vltra oĩa: bal
ſama pigmenta ⁊ omĩa thimiama-
tha. Purpurea vt viola roſcida vt
roſa: candẽs vt lilia. Patris ſum-
mi quã elegit ples deica: vt aſſume-
ret carnẽ ſacroſanctã ex virginis car
ne incorrupta. Celſus nunciat ga
briel noua gaudia eterni regis exor-
tum in terra matremq₃ eius ita ſalu
tat. Aue maria dñi mei mater al-
ma celica plena gratia. Tu bñdi-
cta regem in ſecula paries effecta ce-
li regina. Fecũda ergo inquit quõ
eſſe queã cum virũ nõ cognoſcam ex
quo ſum nata ⁊ ſemp pmanens vir
go pudica. Ne timeas reſpõdit an
gelus ſanctũ pneuma deſcendet in te
caſtaq₃ fecunda paries deũ ⁊ hoĩem
vna. O vere ſancta atq₃ amanda
ex qua eſt exorta redẽptio noſtra ſa-
lus q₃ mundi veraq₃ vita. O dei
nr̃i genitrix pia ſuſcipe nr̃a hac die p̃
cata ĩ qua es aſſumpta ad celi clau-
ſtra. Tu es enĩ patri chara: tu es ie
ſu mater bona tu ſancti ſpiritus tẽ-
plum es facta. Tu es pulchra dei
ſponſa: tu regem xp̃m enixa: dña es
in celo ⁊ in terra. Hodie nanq₃ cu
rie celeſtis tibi obuia agmina te aſ-
ſumpſere ad pallacia ſtellata. Ie-
ſus ⁊ ip̃e feſtinus tibi matri cum an
gelis occurrens ſede paterna ſecũ lo
cauit in ethere. Iam cũ deo regnãs
noſtra excuſa clemens mala poſcẽs
cuncta bona o benigna. Media-
trix noſtra que es poſt deu₃ ſpes ſo-
la tuo filio nos repreſenta. Vt in
poli aula leti iubilemꝰ allꝉa. Eodẽ
die Thimothei ⁊ ſimphoriani

martyrum ſola cōme. Oro.

A Uxiliū tuū nob dñe q̄s placat⁹ impende: ⁊ intercedētibus beatis martyribus tuis thimotheo et ſimphoriano dexterā tuā ſup nos tue maieſtat̄ extēde. Secr. Accepta tibi ſit domine tue plebis oblatio p tuorum honore ſctōꝝ thimothei ⁊ ſimphoriani: quorū meritis ſentiamus in tribulatione auxiliū. Cōplē. Q ūs ōps deus: ut q celeſtia alimēta pcepimus: intercedētibus ſanctis martirib⁹ tuis thimotheo ⁊ ſimphoriano p hec cōtra oīa aduerſa muniamur. Cōplēda D iuini muneris largitate ſaciati q̄s dñe de⁹ nr̄: ut intercedētibus ſctis martiribus tuis thimotheo et ſimphoriano in eius ſemp participatiōe viuamus. P. Lodowici cōfeſſoris ſola cōmemoratio. Oro.

D Eus q eccleſiā tuā diſpēſatione mirabili nouis ſp illuſtras ſplēdorib⁹. tribue q̄s: ut qui beati lodowici cōfeſſoris tui atq; pontificis ſolennia veneramur: ad eius cōſortiū puenire mereamur. Per

S acrificia dñe que p honore ſancti lodowici confeſſoris tui atq; pōtific̄ maieſtati tue offerimus: nobis q̄s ſint ad ſalutē efficacia: ⁊ tue placita pietati. Cōpl. I mmenſam clementiā tuā ōps deus ſuppliciter depcamur: ut intercedēte beato lodowico cōfeſſore tuo atq; pontifice p hec ſctā q̄ ſumpſimus cūcta nobis aduerſantia te adiuuāte vincamus. P.

In vigilia ſc̄i Bartholomei.

E Go autē ſicut oliua fructificaui in domo dñi ſperaui in miſericordia dei mei et expectabo nomen tuū qm̄ bonū eſt ante cōſpectū ſctōꝝ tuoꝝ. Ps. Quid gloriaris in malicia qui potēs es in iniquitate. Oro

T Uere nos miſericors deus ⁊ beati bartholomei apl̄i tui cuius natalicia pueni mus ſemp guberna pſidijs. p. Epla. Bñdictio dñi ſuper ca. infra in vigilia vni⁹ apl̄i. Gr. I uſtus ut palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. V. Ad annunciandū mane miſericordiā tuā: ⁊ veritatē tuā p noctes. Grad. reiterat̄. Si vo die dñico fuerit dicit̄. Alla. V. Per ma

tius aũt aplorum fiebãt signa ⁊ ꝓdi
gia multa in plebe. Euang. Ego
ſum vitis vos palmites. in vi-
gilia unius apli. Offer. Glo-
ria ⁊ honore coronaſti eũ: ⁊ ↄſtitui-
ſti eum ſup opa manuũ tuarũ dñe.
Grata tibi ſint dñe mu Sec.
nera qbus beati bartholomei
apli tui ſupuenientẽ ꝑuenim⁹
ſolennitatẽ P. Com̃. Magna
eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriã
⁊ magnũ decorẽ īpones ſup eũ dñe.
Sanctificati domine Cõpl.
myſterio ſalutari qs: ut bea
ti bartholomei apli tui ꝑ no-
bis nõ ceſſet oro: cuius nos do
naſti votis ꝑuenire ſolennia.
Eodẽ die thimothei et apolli-
naris ſola ↄmemoratio. Oro.
Deus qui nos annua bea
torũ martyrũ tuorũ thi
mothei ⁊ apollinaris ſolenni-
tate letificas: eoꝝ qs ↄtinua
interceſſione ſuper nos miſeri
cordiã tuã multiplica: ut quo-
rum patrocinijs gratulamur:
ipſorũ ſuffragijs ꝑpetue ſalu-
tis nob auxiliũ adeſſe ſentia-
mus. Per. Secr. Reſpice dñe
munera q̃ in ſctõꝝ martirũ tu
orum thimothei et apollinar⁊
cõmemoratõe deferimus. et ꝑ-
ſta: ut quoꝝ honore ſũt grata:
eoꝝ nobis fiãt interceſſione ꝑ-
petua. P. Cõplẽ. Celeſtibus
refecti ſacramentis et gaudijs
ſupplices te rogamus ōps de⁹:
ut quoꝝ gloriamur triũphis:
eorũ ꝓtegamur auxilijs. Per.

In die ſcti bartholomei

Mihi aũt nimis honorati ſũt
amici tui deus nimis cõfortatus eſt
principatus eorũ. Ps. Dñe ꝓbaſti
me ⁊ cognouiſti me tu cognouiſti ſeſ
ſionem meam. Oratio.
Omĩps ſempiterne deus:
qui huius diei venerãdaꝫ ſan-
ctamqꝫ leticiã in beati bartho
lomei apoſtoli tui feſtiuitate
tribuiſti. da eccleſie tue qs et
amare qd credidit: ⁊ ope exer-
cere qd docuit. Epla. Scimus
qm̃ diligẽtibus deũ oĩa. infra
de aplis. Grad. Cõſtitues eos
principes ſup oẽm terraꝫ memores
erunt noĩs tui dñe. V. Pro patrib⁹
tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea ppli
cõfitebunẽ tibi. Alla. V. Non vos
me elegiſt⁊ ſed ego vos elegi ⁊ poſui
vos ut eatis ⁊ fructũ afferatis ⁊ fru-
ctus veſter maneat. Proſa
Item feſtũ bartholomei xpi

amici fratres extollite dignis pceo
niis. Cuius obtētu celi q̄ mereami
ni ſedibus perfrui Hic indie ppl'is
p̄dicat euangelium. Qui dediti vi
cijs vacabant ydolatrie. Quos in
ſtruens ſanctus apoſtolus iuſſit frā
gere ydola atq3 facere xp̄o templa.
Et demones quos adorauere iuſ-
ſit longi⁹ abire: vbi eſſent inuia ter-
re. Mūdans leproſos ſaluti priſti
ne ⁊ reddidit egros Veſtiuit cecos
p̄ſenti lumine: fecitq3 ſanos. Co
ri⁹ paraliticos erigit atq3 curat ener
guminos. Nam incliti regis na-
tam diu lunaticā: ſola prece ſaluam
fecerat. Cōuertit regē ppl'mq3 ei⁹
ſacris fontibus expiauerat. Pro-
mittens illis q̄s nō vidit homo nec
aſcendit in cor hominis. Per mul
ta ſic p̄dicans tempora: veſtimenta
illius nō fuerūt ſordida. Noctur-
no vigilauerat tempore: ſimiliter di
urno in dei laudamine Poſt talia
miracula occiſus migrauit ad chri-
ſtum p̄ſens in regno ſemp victurus
Sed veniet iudicij in die cū deo ho
minū ſecreta iudicaturus. Queſu-
mus te bartholomee exorātes vt de-
tergas nr̄a hic facinora. Quatin⁹
vtamur p̄mio: q̄s credēdū repromi-
ſit xp̄s gregi puſillo. S. lucā. xxij.

In illo tp̄e. Facta eſt con
tētio inter diſcipulos ie-
ſu: quis eoꝝ videretſeſſe maior
Dixit autem eis. Reges gen-
tiū dominantꝰ eoꝝ: ⁊ qui pote
ſtatem habent ſup eos benefi-
ci vocantꝰ. Vos autē nō ſic: ſed
qui maior eſt in vobis: fiat ſi-
cut minor. Et qui preceſſor eſt:
fiat ſicut miniſtrator. Nā q̄s
maior eſt: qui recumbit: an q
miniſtrat. Nōne qui recūbit?
Ego aūt in medio vr̄m ſum ſi-
cut qui miniſtrat Vos autem
eſtis qui p̄manſiſtis mecū in
tentatōibus meis. Et ego diſ-
pono vobis ſicut diſpoſuit mi
hi pater meus regnum: vt eda
tis ⁊ bibatis ſupra mēſam me
am in regno meo. Et ſedeatis
ſup thronos duodecim: iudicā
tes duodecim trib⁹ iſrl'. Credo
dicit. Offer. In omnē terra exi-
uit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre
verba eorum. Secr. Beati apo
ſtoli tui bartholomei domine
ſolēnia recēſentes. queſumus:
vt auxilio eius tua bn̄ficia ca-
piamus: pro cuius honore lau
dis tibi hoſtias offerimus P.
p̄fatio de apl'is. Com̄. Amen

dico vobis q vos q̄ reliquiſtis oīa ⁊
ſecuti eſtis me centuplū accipietis et
vitam eternam poſſidebit. Cōpl.
Beati apl'i tui bartholomei
qūs dn̄e interceſſione nos ad-
iuua: p cuius ſolennitate tua
ſancta ſumpſimus letātes. P.
In tranſlatōe ſctē hedwigis.
Gaudeamus oēs. vt̄s in die aſſū
ptionis ſctē marie Orō
Omnipotens ſempiterne
de⁹ q ſancte hedwigi electe fa-
mule tue tantā gratiā donare
dignatus es: vt te ſup oīa hui⁹
mūdi delectabilia ſpū feruen-
tiſſime charitatis diligeret. cō
cede ppicius: vt cuius tranſla-
tionez colimus: eius meritis ⁊
p̄cibus a dilectōe mūdane pra
uitat abſtrahamur: ⁊ toto cor
dis deſiderio tēdamus ad pa-
triā claritatis eterne. P. Epl'a
Mulierem fortē quis inueniet.
De electa. Gr. Adiuuabit eaz
deus vultu ſuo deus in medio ei⁹ nō
cōmouebit. v̄. Specie tua ⁊ pulchri-
tudine tua intende pſpere pcede ⁊ re
gna. All'a. cum pſa vt in natali
eius. Euāge. Simile eſt regnū
celorum theſauro. de virgine.
Credo vr̄. Offr. Diffuſa eſt grā
in labijs tuis ppterea bn̄dixit te de⁹
ineternū ⁊ in ſeculum ſeculi. Secr.
Vultu tuo placito nos dn̄e
reſpice ea q̄ tibi de manu tua
accepim⁹ offerētes: ⁊ vt ipa ti-
bi munera placeāt q̄s ī nob o-
culis tue maieſtatis diſplicet
btē hedwigis p̄cib⁹ cui⁹ hodie
trāſlationē colim⁹ tue gratia
benignitatis abſtergat. Per.
Simile eſt regnū celoꝝ ho Com̄
mini negociatori q̄renti bonas mar
garitas inuenta vna p̄cioſa marga-
rita dedit omnia ſua et comparauit
eam. Cōplē. Sumpta q̄s oꝑs
de⁹ hoſtia ſalutaris ab aduer-
ſis oībus nos tueat̄ incurſibus
atq₃ poſt huius labores exilij
ſancte hedwigis intercedenti-
bus meritis cuius tranſlatio-
nē colimus ⁊ celebram⁹ ducat
tandē ad requiē opulentā. P.
Ruffi martyris Intro.
Letabit̄ iuſtus in dn̄o ⁊ ſpera-
bit in eo ⁊ laudabunt̄ oēs recti corde
Ps̄. Exaudi de⁹ orōnē meā cū dep̄
cor a timore inimici eripe aīaz meā.
Adeſto dn̄e ſuppli- Orō.
cationibus nr̄is: ⁊ beati
ruffi martyris tui interceſſio-
nibus confidentes: nec minis

aduerſantium: nec vllo turbemur hoſtiū incurſu. Epl'a. Labora ſicut bon⁹ miles. de martyre. Grad. Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. ṽ. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum bn̄dicet. Alla ṽ. Poſuiſti dn̄e ſup caput eius coronam de lapide p̄cioſo. Euang. Si quis vult poſt me ve. de martire. Offe. Gloria ⁊ honore coronaſti eū ⁊ ↄſtituiſti eum ſup op̄a manuū tuarū dn̄e. Secre. Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus: ⁊ intercedēte btō martyre tuo ruffo a cunctis nos defende periculis. P. Com̄. Qui mihi miniſtrat me ſequat: ⁊ ubi ego ſū illic ⁊ miniſter meus erit. Cōplē. Celeſtibus refecti ſacramentis et gaudijs ſupplices te rogamus dn̄e: vt quoꝝ gloriamur triumphis p̄tegamur auxilijs. Per. Auguſtini ep̄i. In medio eccleſie vt s̄ in die bernhardi. Oratio.

Deus qui beatū auguſtinum in exponēdis ſacre ſcripture myſterijs eccleſie tue doctorē optimū ⁊ electū antiſtitem p̄uidiſti: cōcede p̄pici⁹ nobis q̄s eius ſemꝑ ⁊ doctrinis inſtrui ⁊ meritis adiuuari. Eodē die hermetis martyris.

Intercesſio q̄s Oratio dn̄e beati hermetis martyris tui: tuam nobis nō deſinat placare iuſticiā: ⁊ nr̄m tibi deuotum iugiter efficere famulatū. p. Ambe ſimul. Epl'a Optaui ⁊ datus eſt mihi. Infra de confeſ. Gr. Iurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eum: tu es ſacerdos in eternū ſcd̄m ordinem melchiſedech. ṽ. Dixit dn̄s dn̄o meo ſede a dextris meis. Alla. ṽ. O glorioſum lumē eccleſie paſtor gregis egregie: o flos candens flagrans ꝑ doctrinā aureā doce gregem tuū ſummū decus p̄ſulū: auguſtine p̄ſul pie tu dignare dep̄care maieſtatis dn̄m ne nos damnet verum donet alme vite p̄mium: o auguſtine placare nobis regē glīe

De ꝓfundis tenebra Proſa. rum mundo lumē luxit clarum ⁊ ſcintillat hodie. Olim quidem vas erroris auguſtinus vas honoris datus eſt eccleſie. Verbo dei dum obedit: credit errans ⁊ accedit: ad baptiſmi gratiā. Quā ī primis tuebat verbis ſcriptis execrat erroris fallaciā. Firmās fidē: formās mores: legis ſacre ꝓceſſores ōbi ne

cat gladio. Ob muteſcit fortunat⁹
cedunt manes ⁊ donatus tante luc̄
radio: Mūdus marcens ⁊ inanis
⁊ doctrinis tritus vanis ꝑ peſtē he-
reticam. Multū fructū cepit ferre
dum in fines orbis terre: fidē ſparſit
unicā. Clericalis vite formā conſtī
trauit iuxta normā cetus apoſtolici
Sui quippe nil habebāt tanq̄ ſuū
ſed viuebāt in cōmune clerici. Hic
multorū ꝑ ſalute: diu viuens in vir-
tute: bona tandē ſenectute dormiuit
cum patribus. In extremis nil le-
gauit qui nil ſuū eſtimauit ymo to-
tum reputauit cōmune cū fratribus
Salue gemma confeſſorū lingua
xp̄i vox celorū: ſcriba vite lux docto-
rum p̄ſul beatiſſime. Qui te patrē
venerant̄ te ducēte cōſequant̄ vitam
in qua gloriant̄ beatoꝝ aīe. Euāg.
Vos eſtis ſal terre. infra de cō
feſ. Offer. Ueritas mea ⁊ miſe
ricordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine
meo exaltabit̄ cornu eius. Secret.
Accepta ſit in conſpectu tuo
dn̄e nr̄e humilitatis oblatio: ⁊
ſcti confeſſoris tui ⁊ ep̄i augu-
ſtini fiat ſupplicatio ſalutaris
ꝑ cuius ſolennitate tue maie-
ſtati deferſ. P. Secre. Mune
ra nr̄a q̄s dn̄e ꝓpiciatus aſ-

ſume: ⁊ vt digne tuis famule-
mur altaribus ſancti marty-
ris tui nos hermetis interceſſi
one cuſtodi. P. Com. Fidelis
ſeruus ⁊ prudens quē cōſtituit dn̄s
ſuꝑ familiā ſuā vt det illis in tp̄e tri
tici mēſuram. Cōpl. Ut nobis
dn̄e tua ſacramēta dent ſalutē
beatus auguſtinus cōfeſſor tu
us atq; pōtifex q̄s p̄cator ac
cedat. P. Cōplē. Repleti dn̄e
benedictōe celeſti q̄s clemen
tiam tuā: vt intercedēte beato
hermete martire tuo q̄ humili
ter gerimus: ſalubriter ſentia-
mus. Per. In decollatiōe ſan-
cti iohīs baptiſte Intr.
In virtute tua dn̄e letabit̄ iu-
ſtus: ⁊ ſuꝑ ſalutare tuum exultabit
vehemēter deſideriū aīe eius tribui
ſti ei. Ps. Magna eſt gloria eius ī
ſalutari tuo gloriam ⁊ magnū deco
rem impones ſuper eum. Oratio.
Sancti iohānis baptiſte
⁊ martiris tui dn̄e q̄s ve
neranda feſtiuitas: ſalutaris
auxilij nobis p̄ſtet effectū. P.
Eodē die ſctē ſabine virginis.
Exaudi nos de⁹ ſa- Oro.
lutaris nr̄: vt ſicut de be
ate ſabine virginis feſtiuitate

gaudemus:ita pie deuotionis
erudiamur effectu. Per. Lcõ li
Mbri ſapie. Eccle. xlix. ⁊ l.
Emoꝛia iuſti in compo
ſitione odoꝛis facta: opus pi-
gmẽtarij: in omĩ oꝛe quaſi mel
indulcabitur eius memoꝛia: ⁊
vt muſica in cõuiuio vini Ipſe
eſt directus diuinitus in peni-
tentia gẽtis: ⁊ tulit abhoĩatio
nes impietatis: et gubernauit
ad dñm coꝛ ipſi⁹: ⁊ in dieb⁹ pec
catoꝝ coꝛroboꝛauit pietatem.
Nam male tractauerũt illũ: q
a ventre matris cõſecratus eſt
ꝓpheta euertere ⁊ eruere ⁊ ꝑde
re: ⁊ iterũ edificare ⁊ renouare.
Amplificatus eſt quaſi ſtella
matutina in medio nebule: et
quaſi luna plena in diebus ſu
is lucet. Et ſicut ſol refulgens:
ſic ille refulſit in tẽplo dei. Gꝛ
Dñe ꝓueniſti eũ in bñdictionibus
dulcedinis poſuiſti in capite eius co
ronã de lapide ꝓcioſo. ꝟ. Vitã petijt
a te tribuiſti ei longitudinẽ dierũ in
ſeculũ ſeculi. Alla. ꝟ. Miſſo hero
des ſpiculatoꝛe ꝓcepit amputare ca-
put iohis baptiſte ĩ carcere.
Pſallite regi nr̃o: pſalli pſa
te pſallite pſallite ꝓudẽt. Nã pſal
teriũ eſt iocũdũ cũ cythara. Nato
virginis q̊ pſallẽs nat⁹ ſterilis. Cy
tharam carnis ꝑcuſſit in domo dñi.
Dum quod ſonabat clamãdo do-
cuit viuẽdo. Moꝛtificando que ſu
per terram ſunt membꝛa ⁊ hoc alios
docendo. Preparans xp̃o plebem
ꝑfectam iohannes vox clamãtis in
deſerto. Sed vox hec impiũ hero
dem quem coꝛripit minime coꝛrigit
Haud tamẽ tacuit ſed adusqꝫ ſan-
guinem celeri reſtitit. Nõ licet in-
quit te fratris tui habere coniugem
raptam ſibi: peccaſti: quieſce penitẽ-
tibus ſic pꝛecepit dominus. Vocẽ
incantãtis ſapienter herodes vt aſ-
pis ſurda ſpreuit iuſtum vt ſanctũ
iohãnem timet quem vinxit in car-
cerẽ. Studet delicijs mundi prin-
ceps filius perditionis. Sedet in
tenebꝛis lucerna lucis amic⁹ omni-
potentis. Meretrix ſuadet puella
ſaltat: rex iubet: ſanctus decollatur.
Dat rex ſaltanti caput iohannis:
qui ſanctus anteq̃ ſit natus. En
quomodo perit iuſtus quaſi non ſit
deo dilectus. Cum ſit eius precio-
ſa moꝛs hec ĩ ꝯſpectu dñi. Nos coꝛ
de ꝑcepim⁹ q̃lis aut quãt⁹ eſt: q̃a vi-
cin⁹ natiuitate xp̃o ſit ⁊ moꝛte. Nã
moꝛte turpiſſima damnatẽ ſponſus:

ſponſi ⁊ amicum dānāt morte recte turpiſſima. Carcere carnis eductū quē ferunt pſallendo celū angeli au gelū. Et nos in terris tibi pſallere fac xp̄e in mēoriā baptiſte. Herodis ſpreta q̄ mēſa: altaris tui menſa ip̄m te dum ſumimꝰ ſemꝑ tibi pſallamus Amen. S. Marcum. vj.

In illo tp̄e Miſit herodes ac tenuit iohēm ⁊ vinxit eum in carcerē ꝓpter herodiadem vxorē philippi fratrꝭ ſui: q̄a duxerat eam. Dicebat enī iohēs herodi. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias autē inſidiabatur illi ⁊ volebat occidere illū: nec poterat. Herodes enī metuebat iohēm ſciens eū virū iuſtū ⁊ ſanctū: et cuſtodiebat eū. Et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cum dies oportunus accidiſſet: herodes natalꝭ ſui fecit cenam principibus et tribunis et primis galilee. Et cū introiſſet filia ipſiꝰ herodiadis et ſaltaſſet: ⁊ placuiſſet herodi ſimulq; recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis ⁊ dabo tibi Et iurauit illi: q̄a quicq̄d petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cū exiſſet dixit matri ſue Quid petā? At illa dixit. Caput iohānis baptiſte. Cūq; ītroiſſet ſtatim cū feſtinatōe ad regē: petiuit dicēs. Volo vt ꝓtinꝰ des mihi in diſco caput iohīs baptiſte. Et ꝯtriſtatꝰ ē rex. Propꝛ iuſiurandū ⁊ ꝓpter ſimꝰ diſcumbentes noluit eā ꝯtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore: p̄cepit afferri caput iohīs ī diſco. Et decollauit eū in carcere: ⁊ attulit caput eiꝰ ī diſco: ⁊ dedit illō puelle: ⁊ puella dedit mr̄i ſue. Quo audito diſcipuli eiꝰ venerūt: et tulerūt corpus eiꝰ: et poſuerūt illud ī monumēto. Offꝫ. Poſuiſti dn̄e ſuꝑ caput eius coronā de lapide p̄cioſo vitam petiȷ̄t a te tribuiſti ei. Secre. Munera tibi domine ꝓ ſcti martyris tui iohīs baptiſte paſſione deferimus: qui dum finiť in terris: factus eſt ī celeſti ſede ꝑpetuus. q̄m̄s: vt eius obtentu nobis ꝓficiāt ad salutē. Per. Secr̄. Hoſtias tibi dn̄e beate martiris tue ſabine meritis dicatas benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis fac peruenire ſubſidiū.

Prefatio cõis. Coiñ. Magna
eſt gloria eius in ſalutari tuo: gl'ia⁊
⁊ magnũ decorẽ īpones ſup eũ dñe.
Cõferat nobis dñe ſcti Cõplē.
iohis baptiſte vtcũqz celebra-
ta ſolennitas: vt magnifica ſa
cramẽta q̃ ſumpſimus: et ma-
gnificata veneremur: ⁊ in nobis
potẽter edita gaudeamus. P.
Diuini muner' largi- Cõpl'.
tate ſaciati qs dñe de⁹ nr: vt
intercedẽte btã ſabina marty-
re tua in eius ſemp participa-
tione viuamus. Per. Felicis ⁊
Sadaucti martyrũ Int.
Apientiã ſanctorũ narrant
ppli: ⁊ laudem eoꝝ nunciat eccleſia:
noĩa aũt eoꝝ vinẽt in ſeculum ſeculi
Pš. Exultate iuſti ĩ dño: rectos de
Mcet collaudatio. Oratio.
Aieſtatẽ tuã dñe ſuppli
ces exoramus: vt ſicut nos in-
giter ſanctoꝝ tuoꝝ felicis ⁊ ad
aucti cõmemoratiõe letificas:
ita ppetua defenſione cuſtodi
as. P. Cõme. cõpetens. Epla.
Lingua ſapientũ. de martyri-
bus Gr. Vindica dñe ſanguinẽ
ſanctoꝝ tuoꝝ q effuſus eſt. V. Poſu
erũt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas vo
latilibus celi: carnes ſctõꝝ tuoꝝ be-
ſtijs terre. Alla. V. Iuſti epulent
⁊ exultẽt in ɔſpectu dei ⁊ delectent in
leticia. Euãg. Nihil opertũ qd
Infra de martyribus. Offer.
Letamini in dño ⁊ exultate iuſti:
⁊ gloriamini oẽs recti corde. Secr.
Hoſtias dñe plebis tue intẽ-
de: ⁊ quas in honore ſctõꝝ tuo
rũ felicis ⁊ adaucti deuota mẽ
te celebrat: ſibi pficere ſentiat
ad ſalutẽ. Coiñ. Qd dico vobis
in tenebris dicite in lumĩe dicit dñs
⁊ qd in aure auditis p̃dicate ſup te-
cta. Cõpl'. Repleti dñe mune
ribus ſacris q̃s vt intercedenti
bus ſctĩs tuis felice ⁊ adaucto
in gratiarũ ſemp actiõe viua-
mus. P. Paulini ɔfeſſoris ſo-
la rõme. Oro
Omĩps ſempiterne de⁹: q es ſancto-
rũ tuorum ſplendor mirabilis
quiqz hodierna die btm̃ pau-
linũ cõfeſſorem tuũ atqz pon-
tificẽ eterne beatitudinis glo-
ria ſublimaſti. ɔcede ppicius:
vt cuius merita veneramur in
terris: interceſſionis eius auxi
lio apud tuam miſericordiam
muniamur in celis. P. Secre.
Suſcipe dñe ſacrificium pla-
cationis et laudis quod nos

ſamulos tuos interueniẽte be-
ato paulino cõfeſſore tuo atqꝫ
pontifice: et ꝑducat ad eterna
gaudia ⁊ remedia ꝯferat ſem-
piterna. P. Cõplẽ. Sacramẽ
tis dñe gaudijſqꝫ optata cele-
britate expletis q̄ms: vt beati
paulini ꝯfeſſoris tui atqꝫ pon
tificis p̄cibus adiuuemur: cuiꝰ
ſacre depoſitiõis dies ſolẽniter
exhibet̃. Per. Egidij abbatis.
Os iuſti meditabit̃ ſapientiã
⁊ lingua eius loquet̃ iudiciũ
lex dei eius in corde ipſius. Ps̃. No
li emulari in malignãtibus: neqꝫ ze
laueris faciẽtes iniquitatem. Oro
PRetende nobis dñe mi-
ſericordiã tuam: ⁊ beati
egidij abbatis interceſſiõe cu-
ius nos dediſti patrocinijs ad
iuuari. tribue vt maieſtatẽ tu
am exoret ꝑ nobis. Per. Epla
Rigabo hortũ. infra de cõfeſ-
ſore. Gr. Dñe p̄ueniſti. vts̃ i die
decollatõnis ſcti iohis. Alla.
v. Iſte ſctũs digne in memoria ver
titur hoĩm qui ad gaudiũ trãſit an-
PSallat laude pſa. gelorũ.
cõpetenti: chorus viro ſapiẽ-
ti cõdigna p̄conia. Supra petrã q̃
fundauit domũ ſuã ⁊ firmauit fidei
ꝯſtantia. Quã nec hoſtis ſubintra
uit nec flans tectũ violauit mũdana
laſciuia. O q̃ꝫ decens tabernaculũ
qđ ſol verꝰ lucis ſpeculũ luce replẽs
optima. Sancti ſpũs edificiũ ſan-
ctum effecit egidium colẽs cordis in
tima. Iuſtus cultor non latuit vir
tutibus ſed patuit ſe monſtrãs dei-
fice. Annis nanqꝫ ſub teneris pu-
er adiũctus litteris ꝑfecit immodice
Illo ſcolas repetẽte quidã leſus a
ſerpente totus tumens cernit̃. Cui
quid det nõ habente tunicã dat qua
repente tectus ſanus reddit̃. Vir
arreptus a demonio ſancti viri pa-
trocinio menti ſane reddit̃. Expe-
ctato fine patrio xp̃o dato patrimo-
nio egenus ꝑgreditur. Dum ma-
ris litus adijt nauim videre cõtigit:
in mortis periculo. Pro qua dum
xp̃m petijt nauis mox litus attigit:
ſaluata cum pplo. Plebs gratãter
adorauit ⁊ in nauim collocauit ſctm̃
ſine p̄cio. Et quos multo pererra-
uit mox eoſdem comparauit fructꝰ
breui ſpacio. Theodore deſperatã
ſanitati redditnatam receptus hoſ-
picio. Terram fame deſolatã far-
re facit oneratã iunctus vere denuo
Poſt oblatũ a pplo defunctũ red-
dit ſeculo hoc aſſcribens ſocio. In

deſerti latibulo lacte paſcitur ſedulo
cerue bñficio. Pro nutrice vulne-
raſ ꝛ ꝑ vuln⁹ vir notaſ ꝛ a rege ſup-
plicaſ eius patrocinio. Crimen re
gis reuelaſ vt ſic abbas exoraſ illic
clauſtrum ordinaſ ꝛ fit cõgregatio.
Romã venit aduocatus cyp̃ſſino
muneratus inde reddit oſtio. Ob
aquarũ ꝑ meatus mox ventoruꝫ re-
gens flatus attulit cenobio. Poſt
tanta bñficia migrauit ad celeſtia:
ſctũs cum tripudio. Ubi xp̃s per
oĩa cum ſctĩs eſt in gloria et ꝑhenni
gaudio. Nos colentes p̃ſentia ſan
cti viri ſolẽnia decãtemus allleluia.
Amen. Vel. Dilectus deo. de con
feſ. Euãge. Nemo accendit lu-
cernã. de ꝯfeſſore. Offer. Po
ſuiſti dñe in capite eius coronã de la
pide p̃cioſo vitã petijt a te tribuiſti ei
Scti ꝯfeſſoris tui egi- Secre.
dij nobis dñe pia nõ deſit ora-
tio. q̃ ꝛ munera nr̃a cõciliet: et
tuã nobis indulgentiaꝫ ſemꝑ
imploret. Com̃. Dñe quinqꝫ ta
lenta tradidiſti mihi: ecce alia quin-
qꝫ ſuperlucratus ſuꝫ euge ſerue bone
ꝛ fidelis q̃a in pauca fuiſti fidelis ſu
ꝑa multa te conſtituã intra in gau
dium dñi tui. Cõplẽ. Ut nobis
dñe tua ſacramẽta dent ſalutẽ
beatus confeſſor tuus egidius
qñs p̃cator accedat. Eodẽ die
priſci martyris ſola cõmemo.
Omñps ſempiterne Oro.
deus: fortitudo certãtiũ
ꝛ martirũ palma ſolennitateꝫ
hodierne diei ꝓpici⁹ intuere: ꝛ
eccleſiam tuã cõtinua fac cele-
britate letari: vt interceſſione
beati priſci martiris tui omni
um in te credentiuꝫ vota ꝑfici
as. P. Secr. Eius tibi dñe p̃-
cib⁹ hec grata reddaſ oblatio:
pro cuius feſtiuitate immola-
tur. P. Cõplen. Preſta qñs
dñe vt ſacri tui corporis ꝛ ſan-
guinis ꝑceptiõe vegetati: ſan-
cti quoqꝫ martiris tui priſci p̃
cibus adiuuemur. Per dñm.
Uictorini martiris ſola ꝯme.
Deus qui beatũ vi- Oro
ctorinum martyreꝫ tuũ
atqꝫ pontificẽ triennio vinctũ
igne celitus miſſo ꝓdigioſe a
vinculis abſoluiſti: exaudi nos
ꝓpicius ꝛ cõcede: vt peccatorũ
noſtrorum nexibus ſoluti tibi
ſacrificium et hoſtiam laudis
immolemus. Per dñm. Secr.
Sit acceptum ſacrificiuꝫ no-
ſtrum in conſpectu tuo dñe: vt

martiris tui victorini venerā-
tes ſolennia dono tuo bñficia
⁊ aīe ⁊ corpis cōſequamur. P.
Humiliate qũs dñe Cōplē.
plebi tue auxiliare quā myſti-
cis dapib⁹ refouiſti: ⁊ intercedē
te btō victorino martyre tuo
nob̄ de vniuerſis hoſtib⁹ victo
riā triūphalē ↄcede. In vigilia
natiuitatis marie oīa vt in vi
gilia aſſumptionis eiuſdez ſu-
pra. Eodē die mathaberte vir-
ginis Intr̄.
Dilexiſti iuſti-
ciam ⁊ odiſti iniquitatē ꝓpte
rea vnxit te deus deus tuus oleo leti
cie p̄ↄſortibus tuis. Ps̄. Eructauit
cor meū v̄bū bonū dico ego opa mea
regi. Oro.
Concede qũs
oñs de⁹ ſctē virginis tue
mathaberte noſ te exaltare me
ritis: et beneficiorū eius attol-
li ſuffragijs. p. Epl̄a. Qui glo
riat̄. Intra de virgine. Grad̄.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquita
tem. v̄. Propterea vnxit te deus de⁹
tuus oleo leticie Alľa. v̄. Egregia
ſponſa xp̄i implora ꝓ nobis ad do-
minū ieſum xp̄m. Euāg. Simile
eſt regnū celoꝝ decē virginib⁹.
Infra de virgine. Offer̄. Offe-
rent̄ regi virgines poſt eam proxime
eius offerent̄ tibi. Secre. Maie-
ſtatem tuā dñe ſuppliciter dep̄
camur: vt hec ſctā q̄ gerimus p̄
cibus ſctē mathaberte v̄ginis
tue ⁊ a p̄teritis delictis nos ex
uant ⁊ futuris. Coīn. Diffuſa
eſt gr̄a in labijs tuis ꝓpterea benedi
xit te deus ineternū. Cōpl̄. Pre-
ſta qũs dñe: vt ſacrificijs no-
ſtris vicia nr̄a purgentur: ⁊ in
tercedētibus ſancte mathaber
te virginis tue meritis muneri
bus tuis poſſumus ſp̄ aptari.
In die natiuitatꝭ marie Int.
Gaudeamus omēs in dño di
em feſtū celebrātes ī honore
marie v̄ginis de cui⁹ natiuitate gau-
dent angeli et collaudant filium dei
Ps̄. Eructauit cor meū v̄bū bonū
dico ego opera mea regi. Oratio.
Famulis tuis qũs domi
ne celeſtis gratie munus
impartire: vt quib⁹ beate vir-
ginis marie partus extitit ſa-
lutis exordiū: natiuitatis eius
votiua ſolennitas pacis tribu
at incrementum. P. Eodē die
Adriani martiris. Oro
Preſta qũs oñs de⁹: vt
qui beatorū martyrū tuorum
adriani cum ſocijs eius natali

cia colimus:⁊ a cunctis nobis
imminẽtibus periculis eoꝝ in
terceſſionibus liberemur. Per

Lcõ libri Sapie Prouerb. viij

DOmin⁹ poſſedit me in
inicio viarũ ſuaꝝ ante-
q̃ quicq̃ facceret a pͥncipio Ab
eterno ordinata ſum ⁊ ex anti
qͥs: anteq̃ terra fieret. Necdū
erãt abyſſi:⁊ ego iã ↄcepta erã
Necdũ fontes aquarū erupe-
rant: necdũ mõtes graui mole
cõſtiterãt. Ante oẽs colles ego
parturiebar. Adhuc terraȝ nõ
fecerat et flumina et cardines
orbis terre. Qñ preparabat ce
los aderã: qñ certa lege ⁊ gyro
vallabat abyſſos. Qñ ethera
firmabat ſurſum: et librabat
fontes aquarum. Qñ circũda
bat mari terminũ ſuũ: et legē
ponebat aquis: ne tranſirẽt fi-
nes ſuos. Qñ appendebat fun
damẽta terre: cũ eo eram cun-
cta cõponens Et delectabar ꝑ
ſingulos dies: ludẽs coram eo
omni tpe: ludẽs in orbe terraꝝ
⁊ delicie mee eſſe cum filijs ho-
minū. Nunc ergo filij audite
me. Beati qui cuſtodiũt vias
meas. Audite diſciplinam: et
eſtote ſapiẽtes: ⁊ nolite abijce-
re eas. Beatus hõ q̇ audit me:
et q̇ vigilat ad fores meas q̊ti-
die: ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij
mei. Qui me inuenerit inueni
et vitã: ⁊ hauriet ſalutẽ a dño.

Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina Gr.
aurẽ tuã q̇a cõcupiuit rex ſpeciẽ tuã
V. Specie tua et pulchritudine tua:
intẽde pſpere pcede ⁊ regna. Alla.
V. Natiuitas glorioſe virginis ma-
rie ex ſemine abrahe orta de tribu iu
da: clara ex ſtirpe dauid. Proſa.

STirpe maria regia procrea-
ta regem generans iheſum:
Laude digna angelorũ ſanctorũ.
Et nos peccatores tibi deuotos in
tuere benigna. Tu pios patrum
mores oſtentas in te ſed excellis eoſ
dem. Patris tui ſalomonis in te
lucet ſophia. Et ezechie apud deū
cor rectum ſed nunq̃ in te corrũpen-
dum. Patris ioſie adimpleuit te
religioſitas. Summi etiam patri-
arche te fides totam poſſedit patris
tui. Sed quid nos iſtos recenſem⁹
heroas. Cum tuus natus: omnes
precellat illos atq; cunctos per orbē
Nos hac die tibi gregatos ſerua
virgo in lucem mundi qua prodiſti
paritura celorum lumen. Amen.

Iniciū ſcti euangelij ſcm Ma-
Liber generatio- theū.i.
nis ieſu xp̄i filij dauid fi-
lij abꝛahā. Abꝛahā genuit yſa
ac. yſaac aūt genuit iacob Ja
cob aūt genuit iudā ⁊ frēs ei⁹.
Judas aūt genuit phares ⁊ za
ram de thamar. Phares autē
genuit eſrom. Eſrom autē ge-
nuit aram. Aram aūt genuit
aminadab. Aminadab autꝫ
genuit naaſon. Naaſon autꝫ
genuit ſalmon. Salmon autē
genuit booz de raab Boos au
tē genuit obeth ex ruth Obeth
autē genuit yeſſe. yeſſe aūt ge
nuit dauid regē. Dauid autē
rex genuit ſalomonē ex ea que
fuit vrie. Salomon aūt genu-
it roboam. Roboā aūt genu-
it abyam. Abyas autē genuit
aza. Aza aūt genuit ioſaphat
Joſaphat aūt genuit yoꝛam.
yoꝛā aūt genuit ozyam. Ozy
as autē genuit igathan. Joa-
than aūt genuit achas Achas
autē genuit ezechiā. Ezechias
aūt genuit manaſſen. Manaſ
ſes autē genuit amon. Amon
aūt genuit ioziā. Jozias autē
genuit ieconiā ⁊ frēs ei⁹ in trāſ
migratōe babylonis. Et poſt
tranſmigrationē babylonis:
yeconias genuit ſalathiel. Sa-
lathiel autē genuit zoꝛobabel.
Zoꝛobabel aūt genuit abyud
Abyud autē genuit elyachim.
Elyachim autem genuit aſoꝛ.
Aſoꝛ autē genuit ſadoch. Sa-
doch aūt genuit achim Achim
aūt genuit elyud. Elyud autē
genuit eleazar. Eleazar autꝫ
genuit mathan Mathan autē
genuit iacob. Jacob aūt genu
it ioſeph virum marie: de qua
natus eſt ieſus qui vocat᷑ xp̄s.
Credo dr̄ p totā octauā. Offr̄.
Aue maria grā plena dn̄s tecum
bn̄dicta tu in mulieribus: et bn̄dict⁹
fructus ventris tui. Secr. Unige
niti tui dn̄e nob ſuccurrat hu-
manitas: vt qui natus de vir-
gine matris integritatē nō mi
nuit ſed ſacrauit: in natiuitat̄
ei⁹ ſolēnijs a nr̄is nos piaculis
exuēs oblationē noſtrā ſibi fa
ciat acceptā ih̄s xp̄s. Qui tecū
Munera q̄s dn̄e dicata Sec.
ſctifica: vt intercedētibus btīs
martyrib⁹ tuis adꝛiano et ſo-
cijs ei⁹ nos p eadē placat⁹ intē
de. Prefatio. Et te in natiuitate.

D iffuſa ē gr̄a in labijs tu Com̄.
is ꝓpterea bn̄dixit te deus ineternū.
Sumpſimus dn̄e cele⸗ Cōpl.
britatis annue votiua ſacra⸗
mēta. p̄ſta q̄s: vt intercedēte
beata maria ſemꝑ virgine: et
tp̄alis nobis vite remedia ꝑ
beāt ⁊ eterne. Cōpl. Beatorū
martyrū tuorū dn̄e adriani et
ſociorū eius interceſſione pla⸗
cat⁹. p̄ſta q̄s: vt qđ tp̄aliter ge
rimus ꝑpetua ſaluatōe capia⸗
mus. P. Kunegūdis virginis
LOquebar de teſtimonijs tu⸗
is in cōſpectu regū ⁊ nō con⸗
fundebar ⁊ meditabar in mandatis
tuis q̄ dilexi nimis. Ps̄. Beati ima
culati in via: q̄ambulāt in lege dn̄i.
OMnipotēs ⁊ miſe Oro.
ricors deus: qui a gloria
tua nullū excipis ſexū nullam
q̄z cōditionē excludis. te ſuppli
citer imploramus: vt ſicut bea
te kunegundi virgini tue poſt
terreni culmen imperij celeſtis
regni ſoliū cōtuliſti: ita nobis
meritis eius ⁊ p̄cibus eterne fe
licitatis p̄mia largiaris. Per.
Alia beate marie. Tercia gor⸗
gonij que ſequit̄. Oro.
SAnctus dn̄e gorgonius
ſua nos interceſſiōe letificet: et
pia faciat ſolēnitate gaudere.
Epla. De virginibus p̄ceptū
dn̄i. De virgine. Gr. Specie
tua ⁊ pulchritudine tua intēde pſpe⸗
re ꝓcede ⁊ regna. V. Propter verita
tem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiam ⁊
deducet te mirabiliter dextera tua.
Alla. V. Omnis gloria eius filie
regis: abintus in fimbrijs aureis.
Proſa. Exultēt filie ſyon. Infra
de virgine. Euāg. Simile ē re. ce.
de. vir. infra de virgine. Offer.
Offerent̄ regi virgines poſt eā ꝓ⸗
xime eius offerent̄ tibi in leticia ⁊ ex⸗
ultatōe adducent̄ in tēplū regi dn̄o.
Sacrificiū laudis tue Secr.
dn̄e deus nr̄ offerimus tuā cle⸗
mētiā implorātes: vt ꝑ huius
v̄tutē ſacramenti intercedente
beata kunegunde virgine tua
nos a p̄ctis expedias et a peri⸗
culis tuearis. Secr. Grata ti
bi ſit dn̄e noſtre ſeruitut̄ obla
tio: ꝑ qua martir tu⁹ ſctūs gor
gonius interueniat. P. Com̄.
Confundātur ſupbi quia iniuſte
iniquitates fecerūt in me ego aūt in
mādatis tuis exercebor in tuis iuſti
ficationibus vt nō ↄfundar. Cōpl.
Sacramentū redemptionis

humane qđ in honore btē ku-
negundis obtulimus tibi dñe
nos reddat acceptos: vt p qđ
ipſi accepimus de tua: et tu ſu
ſcepiſti de nr̃o: i tua ſemp vni-
one viuam⁹. Cōpl. Familiā
tuam deus ſuauitas illa con-
tingat ⁊ vegetet q̄ martire tuo
gorgonio intercedente xp̄i tui
bono iugiter odore paſcatur.
Qui te. Prothi ⁊ iacincti ſola

Beatoꝝ mar- cōme. Oro
tyrū tuoꝝ prothi ⁊ iacin
cti nos foueat p̄cioſa cōfeſſio:
⁊ pia iugiter interceſſio tueat.
Pro ſanctoꝝ tuoꝝ pro Secr̄
thi ⁊ iacinthi cōmemoratōe mu
nera tibi dñe q̄ debemus exol-
uimus. p̄ſta q̄s: vt remediū
nobis ppetue ſalutis operent.
Ut pcepta nos deus Cōpl.
tua ſctā purificent: beatorum
martyrū tuoꝝ prothi ⁊ iacin-
cti q̄s imploret oro. Per do.

Materni cōfeſſoris ſola cōme.

Deus q̄ beatū ma- Oro.
ternū cōfeſſorē tuū atq3
pontificē p merita beati petri
apl̃i tui quadrageſimo die a
morte reſuſcitaſti: ⁊ eūdē exin-
de p annos quadraginta pon
tificali infula laudabiliter de-
coraſti. p̄ſta q̄s: vt eū quē tot
miraculis in terra choruſcare
videmus: eius apud te p̄cibus
adiuuemur: et ab omni malo
corpis ⁊ aīe liberemur. Secre.
Myſtica nobis miſericors de
us pſit oblatio: quā tibi offe-
rimus pro tui ſctī materni epī
honore ⁊ eius interceſſiōe ean-
dem ſanctificatōne tui nomis
bñdicas. Cōpl. Largire nob
q̄s mitiſſime creator: p hec li
bamina ſacroſancta: ⁊ p inter
ceſſionē beati materni cōfeſſo-
ris tui atq3 pōtificis noſtrorū
veniā criminū: qui multa mi-
raculorū gr̃a effulſit in terris.

In exaltatione ſancte crucis.

Nos autē gloriari oportet in
cruce dñi noſtri ieſu xp̄i in q̄
eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio nr̃a p quē
ſaluati ⁊ liberati ſum⁹. Ps. Deus
miſereat nr̃i ⁊ bñdicat nobis illumi
net vultū ſuū ſup nos ⁊ miſereat nr̃i

Deus q̄ nos hodier Oro.
na die exaltationis ſctē
crucis annua ſolēnitate letifi-
cas. p̄ſta q̄s: vt cuius myſteriū
in terra cognouimus: eius re-
demptiōis p̄mia in celo conſe-

I quamur. Per. Alia orō
Infirmitatē noſtra dn̄e
ꝓpici⁹ reſpice: et mala oīa q̄ iu
ſte meremur ſanctorū tuorum
cornelij ⁊ cypriani interceſſio=
ne auerte. Ambe ſimul. Epl'a.
Hoc ſentite in vobꝭ qđ ⁊ in xp̄o
Require in die palmarū. Gr.
Xp̄s factus eſt ꝓ nobꝭ obediēs vſqȝ
ad mortē: mortē aūt crucis. v̄. Pro
pter qđ ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ dedit
illi nomen qđ eſt ſuꝑ omne nomen.
Alla. v̄. Dulce lignum dulces cla
uos dulcia ferēs pondera q̄ ſola fui=
ſti digna ſuſtinere regē celoꝝ ⁊ dn̄m.
Proſa. Laudes crucis attolla. vt s̄
in inuētōe ſctē crucis. Vel hec.
Quadriforme crucis ſignū tri
umphali plauſu dignū ꝓſe=
quamur laudibus. Uota deo per
ſoluamus dulce lignū opponamus
inimici fraudib⁹ In hoc ligno glo
riari nos oportet ac mirari ei⁹ circū=
ſtantias. Crucis eni quadratura
ſacri cultus ſub figura gerit obſer=
uantias. Quo ſub ritu forma pri
ma: charitatis exp̄ſſiua latitudo po=
nit. Conſequenter longitudo qua
ſignat ſanctitudo ꝑſeuerans colitur
Pars ſublimis rep̄ſentat: q ī celo
nobis reſtat certa repromiſſio. In
ꝓfundo qđ nō vides ne p̄ſumat tan=
ta fides ceſſet inquiſitio. Iſta cru=
cis ſacramēta compr̄hēdat mens in=
tenta vite ꝓpugnacula. Huius li=
gni ꝑ virtutem nos ꝑducat ad ſalu=
tē agnus ſine macula. S. Joh. xij
In il. tē. Dixit ihs diſ. ſu=
is ⁊ turbis iudeorū. Nūc
iudiciū eſt mūdi: nūc princeps
mūdi hui⁹ eijcietꝰ foras. Et ego
ſi exaltatus fuero a terra: oīa
trahā ad meipſm Hoc aūt dice
bat ſignificās qua morte eſſet
moriturus. Reſpōdit ei turba
Nos audiuimus ex lege: quia
xp̄s manet ineternū Et quō tu
dicis oportet exaltari filiū ho=
minis? Quis eſt iſte fili⁹ hoīs?
Dixit ergo eis ihs Adhuc mo
dicū lumen ī vobis eſt. Ambu
late dum lucē habetis: vt nō te
nebre vos cōprehendant. Et q
ambulat ī tenebris: neſcit quo
vadat. Dum lucē habetis: cre
dite in lucem: vt filij lucis ſitis.
Credo vr̄. Offer. Protege dn̄e
plebem tuā ꝑ ſignū ſancte crucis ab
oībus inſidijs inimicorū omniū: vt
tibi gratā exhibeamus ſeruitutē: et
acceptabile tibi fiat ſacrificiū noſtꝝ.
Hec hoſtia qm̄s dn̄e Secret.

mūdet nr̄a delicta: q̄ in ara crucis immolata: etiā totius mūdi tulit offenſā. Aliud. Adeſto dn̄e ſupplicatōnibus nr̄is q̄s in ſanctoꝝ tuoꝝ cōmemoratione deferim⁹: ut qui iuſticie nr̄e fiduciā nō habemus: eorū qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Prefatio. Qui ſalutē humani ge. Com̄. Nos aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Ieſu xp̄i dn̄i nr̄i corpo- Cōpl. re ⁊ ſanguine ſaginati ꝑ quem crucis eſt ſanctificatū vexillū q̄s dn̄e de⁹ nr̄: ut ſicut adorare meruimus: ita ꝑhennitatis eius gloria ſalutari potiamur effectu. Alia cōplē. Qm̄s dn̄e ſalutaribus repleti myſterijs: ut quoꝝ ſolennia celebramus orationibus adiuuemur. Per

In octaua natiuitatis marie ꝑ totū ut ipſo die cū iſta ōne

Adeſto dn̄e pplo tuo: ut beati nicomedis martyris tui merita preclara ſuſcipiens: ad impetrandā miſcdiā tuam ſemper eius patrocinijs adiuuemur. P. Secr. Suſcipe dn̄e ꝓpicius munera oblata que maieſtati tue beati nicomedis martyr̄ tui cōmēdet oratio. Per. Cōplē. Purificēt nos q̄s dn̄e ſacra q̄ ſumpſimus: ⁊ intercedēte beato nicomede martyre tuo a cūctis vicijs efficiāt abſolutos. Per d.

Ludmille martyr̄ Int.

Me expectauerūt peccatores ut ꝑderent me teſtimonia tua dn̄e intellexi: oīs ꝯſummatiōis vidi finē latum mādatū tuū nimis. Ps. Beati immaculati in via: q ambulant in lege dn̄i. Oro.

Beate ludmille martyr̄ tue dn̄e ſupplicationib⁹ tribue nos foueri: ut cuius venerabilē ſolēnitatē celebramus obſequio: eius intercesſionibus ꝯmendemur et meritis. Epla. Dn̄e deus meus. infra de v̄gine. Gr. Specie tua ūts in die kunegundis. Alla v̄. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. Proſa.

Pleno cantu cordis oris laudes canant intus foris xp̄iani cunctis horis in ludmille gloria. Nanq; terre fit patrona iſta beata matrona: clara fulgēs ſub corona ꝑ mortis victoria. Lauda celū dignā laude ſimul terra laudās gaude mitē caſtā ſine fraude gratā deo viduā

Fortem balsam infirmorū ꝛ sola-
men ministroꝝ matrē dulcē egenoꝝ
in dando ꝑcipuā. Tanta matre iu
gulata ꝛ iam terre cōmendata signa
facta sunt ꝛ rata ipsius ad gloriam.
Per quā xp̄e mente prona te roga
mus nobis bona ornari celi corona
post mūdi miseriā. Amen. Euāg.
Sil̄e est reg. ce. thesau. infra de
virgine. Offer. Filie regū ī ho-
nore tuo astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circūdata varie-
tate. Secre. Munera nr̄a dn̄e
pro scē ludmille martiris tue:
cui⁹ festa veneramur ꝯmemo-
ratōe oblata eius meritis tibi
reddanť accepta. Coīn. Feci
iudiciū ꝛ iusticiā nō calumnienť me
ſupbi ad oīa mādata tua dirigebar:
omnē viam iniquitatis odio habui.
Sanctificet nos qs̄ Cōpl.
dn̄e tui pceptio ſacramēti: ꝛ in
terceſſione btē ludmille mar-
tiris tue tibi reddat acceptos.
Eufemie virginis ꝛ martyris.
Loquebar de testimoniis tu. vts̄ in
Hodie kunegundis. Orō.
Deus qui btē vgini mar-
tyriqꝫ tue eufemie p noīe tuo
dimicādi fidē atqꝫ cōſtantiaꝫ
tribuiſti. concede pcibus nr̄is:

vt sicut illā horrenda vicit tor
mēta penarū: ita ꝛ nos ſeuiſſi-
mi host' vicia te auxiliāte vin
cam⁹. P. Epl̄a. Sapiētia lau-
dabit. infra de virgine. Grad
Specie tua. vts̄ in die kunegun
dis. Alla. v̄. Diffuſa ē gr̄a in la-
biis tuis ppterea bn̄dixit te deus in
eternū. Euāg. Sil̄e est regnū ce.
decem virgi. infra de virgine.
Offer. Filie regū. vts̄ ludmille.
Presta qs̄ oīps de⁹: Secr.
vt sicut in cōspectu tuo mors ē
pcioſa sctōꝝ: ita eoꝝ merita ve
nerantiuꝫ accepta tibi reddať
oblatio. Coīn. Feci iudiciū. vts̄
ludmille. Cōplē. Sanctificet
nos qs̄ dn̄e tui pceptio ſacrī
et interceſſione beate eufemie
martyris tue tibi reddat acce-
ptos. Per. Lampti martyris.
Iustus vt palma florebit. vts̄ ste-
phani pape. Oratio.
Presta qs̄ oīps de⁹: vt
qui beati lampti martiris tui
atqꝫ pontificis natalicia coli-
mus: interceſſione eius in tui
nois amore roboremur. Per.
Epl̄a. Dedit dn̄s cōfeſſionem
infra de ꝯfeſ. Gr. Iustus non
cōturbabiť quia dn̄s firmat manū

eius. ꝟ. Tota die miſeret̃ ⁊ comodat
⁊ ſemẽ eius in bñdictõe erit. Alla
ꝟ. Iſte eſt ſanctus homo qui placu
it dño deo in diebus ſuis: ⁊ in tẽplo
dei ceu ſol refulſit Proſa. Spe mer
cedis. de martyre. Euãgelium.
Vos eſtis ſal terre. infra de cõ-
feſ. Offer. Deſideriũ aĩe eius tri
buiſti ei dñe ⁊ volũtate labiorũ eius
nõ fraudaſti eũ poſuiſti in capite ei⁹
coronam de lapide precioſo. Secr.
Muneribus nr̃is precibuſqȝ
ſuſceptis celeſtibus nos mun-
da myſterijs ⁊ clementer exau
di. Per d. Com. Poſuiſti dñe i
capite eius coronã de lapide ꝓcioſo.
Da quũs dñe deus nr̃: Cõpl.
vt ſicut ſctõꝝ tuoꝝ cõmemora
tionis tpe gratulamur officio
ita ꝑpetuo letemur affectu P.
In vigilia ſcti mathei cantus
ꝑ totũ vt in vigilia thome. Si
vo die dñico dicit' Alla. Per ma
nus. vt ibidem. Oratio.
Da nobis quũs oĩps deus
vt beati mathei apli tui ⁊ euã-
geliſte quã ꝑuenimus venerã-
da ſolennitas ⁊ deuotionẽ no-
bis augeat ⁊ ſalutẽ. Epla. Be
atus vir qui inuẽtus. de marti
re. Cõmemoratio competens

In illo tpe. S. Lucam. v.
Uidit ihs publicanum
noie leui ſedentez ad theloneũ
et ait illi. Sequere me. Et reli-
ctis oĩbus ſurgens ſecutus eſt
eum. Et fecit ei ꝯuiuiũ magnũ
leui i domo ſua. Et erat turba
multa publicanoꝝ et aliorum
qui cũ illis erãt diſcũbẽtes. Et
murmurabãt phariſei ⁊ ſcribe
eoꝝ dicẽtes ad diſcipulos eius
Quare cũ publicanis et pctõ-
ribus manducatis et bibitis?
Et rñdens ieſus dixit ad illos.
Nõ egent q̃ ſani ſunt medico:
ſed q̃ male habẽt. Non eñ ve-
ni vocare iuſtos: ſʒ pctõres ad
penitentiã. Secre. Apoſtoli-
ce reuerẽtie culmen offerimus
ſacris myſterijs imbuẽdi. pre-
ſta q̃s dñe: vt beati mathei apo-
ſtoli tui ⁊ euãgeliſte ſuffragijs
cuius natalicia preuenimus:
hec plebs tua ſemp ⁊ pia vota
depromat: ⁊ deſiderata pcipi-
at. Per. Cõpl. Beati mathei
apli tui et euãgeliſte quũs dñe
ſupplicatiõe placatus: ⁊ veniã
nobis tribue ⁊ remedia ſempi
terna concede. Per dñm nr̃m.
In die ſancti mathei Introit.

M Ihi aūt nimis honoꝛati ſūt
amici tui deus:nimis cōfoꝛ⸗
tatus eſt pꝛincipatꝰ eoꝛū. Ps. Dñe
ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me tu cogno
uiſti ſeſſionem meam. Oro
B Eati mathei apli tui et
euāgeliſte dñe ꝑcibus adiuue⸗
mur:vt qđ poſſibilitas noſtra
non obtinet:eius nobis inter⸗
ceſſione donet. P. Epla. Vni⸗
cuiqꝫ vrm data eſt. De aplis.
C ōſtitues eos pꝛīcipes ſupꝫ Gꝛ.
omnē terrā memoꝛes erūt nois tui
dñe. v. Pꝛo patribus tuis nati ſunt
tibi filij ꝓpterea ppli ꝯfitebunt tibi.
A lla. v. Pꝛimus ad ſyon dicet ec
ce aſſum ⁊ hirlm euangeliſtaꝫ dabo
alla. Pꝛoſa. Jocūdare plebs fide.

De aplis. S. Math. ix.

I N illo tpe. Cum trāſiret
ihs vidit hoīem ſedentē in the⸗
loneo matheuꝫ noīe:et ait illi.
Sequere me Et ſurgēs ſecutus
eſt eū. Et factuꝫ eſt diſcumbēte
eo in domo:ecce multi publica
ni ⁊ pctōꝛes venientes diſcum⸗
bebāt cū ieſu ⁊ diſcipulis eius.
Et videntes phariſei dicebant
diſcipulis eius. Quare cū pu⸗
blicanis et pctōꝛibus mandu⸗
cat magiſter vr. At ihs audi⸗
ens ait. Non eſt opus valenti⸗
bus medicus:ſed male haben⸗
tibus Euntes aūt diſcite quid
eſt:miſericoꝛdiā volo ⁊ non ſa
crificiū. Nō eīm veni vocare iu⸗
ſtos:ſed pctōꝛes. Credo. dicitur
I n oēm terrā exiuit ſonus Offꝛ.
eoꝝ ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ
S upplicatiōibus bea⸗ Secr.
ti mathei apli tui ⁊ euāgeliſte
qūs dñe eccleſie tue cōmendet
oblatio:cuius magnificis pꝛe⸗
dicatōnibus erudit. Pꝛefatio
de aplis. Coīn. V os qui ſecuti
eſtis me ſedebitis ſupꝫ ſedes iudican
tes duodecim tribus iſrl dicit dñs.
P erceptis dñe ſacra⸗ Cōplē.
mētis beato matheo aplo tuo
⁊ euāgeliſta interueniēte depꝛe
camur:vt q̄ ꝓ illius celebꝛata
ſunt gloꝛia nobis ꝓficiant ad
medelā. Mauricij ⁊ ſocioꝝ eiꝰ.
M Vlte tribulatōes iuſtoꝝ ⁊ de
his oībus liberauit eos dñs
dñs cuſtodit oīa oſſa eoꝝ vnū ex his
nō conteret. Ps. Benedicā dñm in
omni tpe:ſempꝫ laus eiꝰ in oꝛe meo.
A Nnue qūs ops de Oro
us:vt nos ſanctoꝛū mar
tyrum tuoꝝ mauricij exuperij
candidi victoꝛis innocētij ⁊ vi

talis ſociorū́qꝫ eoꝝ letificet fe-
ſtiua ſolennitas:vt quorū̃ ſuf-
fragijs innitimur: natalicijs
gl̃iemur. Epl̃a. Sancti ꝑ fidē.
de martyrib⁹. Gr̃. Clamaue-
rūt iuſti ⁊ dn̄s exaudiuit eos ⁊ ex oī-
bus tribulationibus eorū̃ liberauit
eos. ṽ. Juxta eſt dn̄s his qui tribu-
lato ſunt corde ⁊ humiles ſpiritu ſal
uabit. Alla. ṽ. Mirabilis dn̄s de
us in ſanctis ſuis. Proſa.
Hgone triumphali militū̃ re-
gis ſummi dies iſte celebꝛ̄ eſt popu
lis xp̄o regi credulis Hi delectamē
tum reſpuere mūdanoꝝ. Et crucē
tūc turpem q̄tidie baiularūt. Hos
nulli⁹ feritas a xp̄o ſeparat. Quin
na aurẽ tuã q̃a cõcupiuit rex ſpecieꝫ
tuã. ℣. Vultũ tuũ depcabunt oĩes
diuites plebis: filie regũ in honore
tuo. ℣. Adducent regi virgines poſt
eaꝫ ꝓxime eius offerent tibi. ℣. Ad-
ducent in leticia ⁊ exultatione addu-
centur in templũ regis. Proſa de
una virgine ⁊ pluribus ſimul.
Exultent filie ſyon in rege ſuo
neſciẽtes thorũ delicti crimi
ne ſordidatũ. Quarũ xp̃s ſponſus
virginũ: virginis eſt filius. Illius
cuiꝰ gratie mira opera in tuis ſctĩs
ſunt edita. Ut das cernere hac in
virgine cuius hec ſunt feſta hodie.
Que fragili ſexu femineo viriliter
carnis iure domito. Angelicã hic
vitã duxerat in carne dũ ꝑter carneꝫ
vixerat. Hoc miratur ſerpens anti-
quus calcaneũ eius obſeruare calli-
dus. Qui nocere dum machinatur:

ſub pedibus femine caput eiꝰ teritur
Inſidias hoſtis hanc xp̃e docuiſti
virginẽ vincere in prima ꝯgreſſione
Ut ſi nõ cõſentiret: ſed illi reſiſteret
vincere q̃ ſolet temptatũ ſi nõ repu-
gnet. Quẽ hec virgo reſiſtẽs a ſe fe
cit fugere. Quo fugato appropin
quabat tibi dñe. Nũc inter virgi-
nes adducta poſt eam que mater eſt
intacta virginũ virginis marie di-
gna eſt pediſſequa. Te agnũ ſine
macula iam ſequitur ſtola candida fi-
liũ virginis quocunqꝫ virginũ flos
ieris. Huius interceſſione tu nos
tuere. Proſa de pluribus virgi
nibus et de una ſimul.
Gaude celeſtis ſpõſa ſummi
regis iã tẽplũ ingreſſa. Ad rega-
le quoqꝫ conuiuiũ ducta. Et mox
intratura cubilis ſecreta ſemꝑ virgo
mãſura. Filiꝰ regis amator caſti-
tatis ſeruat locum pudoris. Huic
ſpõſo veniẽti virgines oẽs obuiate.
Ferte lampades iã ardẽtes in va-
ſis: oleũ ſimul deferẽtes. Et regiũ
feſtinãter adornate thalamũ: et regi
regũ decantate canticũ ſolis virgi-
nibus decantandũ. Ianua patet:
que parate ſũt intrẽt. Iã ſponſus
venit: quis eũ ſequi poſſit oĩs virgo

memoꝛ ſit. Ad talia tu nos gaudia perduc xp̄e redemptos per te: memoꝛ ſpōſe iūgens illi ſperātes in te.

IN illo tp̄e. S. Math. xxv

Dixit iħs diſcipl'is ſuis parabolā hanc. Simile eſt regnū celoꝝ decē virginib⁹: q̄ accipientes lampades ſuas: exierūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue: et quinqꝫ prudētes Sed quinqꝫ fatue acceptis lāpadib⁹: nō ſumpſerūt oleū ſecū. Prudētes vͦo acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadib⁹. Moꝛā aūt faciēte ſponſo doꝛmitauerūt oēs ⁊ doꝛmierūt Media auteꝫ nocte clamoꝛ factus eſt: ecce ſpōſus venit: exite obuiā ei. Tunc ſurrexerūt oēs virgines ille et oꝛnauerūt lāmpades ſuas. Fatue aūt ſapiētibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro: q̄a lāpades noſtre extinguunt̄. Reſpōderunt prudētes dicētes. Ne foꝛte nō ſufficiat nobis et vobis. ite potius ad vendentes et emite vobis. Dū aūt irēt emere: venit ſponſus: ⁊ que parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: et clauſa eſt ianua. Nouiſſime vͦo veniunt ⁊ relique virgines dicētes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At ille reſpōdēs ait. Amē dico vobis: nēſcio vos. Vigilate itaqꝫ: q̄a neſcitis diē neqꝫ hoꝛā. Scdm

IN illo tp̄e. Matheū. xiij.

Dixit iħs diſcipl'is ſuis parabolaꝫ hāc. Sil'e eſt regnū celoꝛū theſauro abſcondito in agro: quē q̄ inuenit hō abſcondit: ⁊ p̄ gaudio illi⁹ dabit ⁊ vēdit vniuerſa que habet ⁊ emit agrū illū. Iteꝝ ſil'e eſt regnum celoꝛū hoī negociatoꝛi querenti bonas margaritas. Inuenta autē vna p̄cioſa margarita abijt et vēdidit oīa que habuit ⁊ emit eaꝫ. Iterū ſil'e eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe ī mare: et ex omni genere piſciū congreganti. Quā cū impleta eſſet educētes: ⁊ ſecus litus ſedentes: elegerūt bonos in vaſa ſua: malos auteꝫ foꝛas miſerūt. Sic erit in cōſummatione ſeculi. Exibūt angeli ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtoꝛū: et mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus et ſtridoꝛ dentiū. Intellexiſtis hec

oia᷒. Dicunt ei᷒. Etiã. Ait illis Ideo om̄is ſcriba doctus in regno celoꝝ ſimilis eſt homini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo noua et vetera.

In illo tpe. S. Marcū. xij

Sedens ih̄s cōtra gazophilaciū: aſpiciebat quō turba iaceret es in gazophilaciuꝫ Et m̄lti diuites iactabāt multa. Cū aūt veniſſet vna vidua pauper: miſit duo minuta: qđ eſt quadrās. Et cōuocās diſcipulos ſuos ait illis. Amen dico vobis: q̄m vidua hec paup plus oībus miſit q̄ miſerūt in gazophilaciū. Om̄es enim ex eo quod abundabat illis miſerūt. hec vō de penuria ſua que habuit miſit totū victū ſuum.

Offert. de virgine et martyre.

Offerent regi virgines poſt eā pxime eiꝰ offerent tibi in leticia ⁊ exultatiōe adducent in templū regi dn̄o.

Offer. de virgine nō martyre.

Filie regū in honore tuo aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate.

Secre. de vgine martyre.

Suſcipe dn̄e munera que in beate N. virginis ac martyris tue ſolēnitate deferimꝰ cuius nos cōfidimus patrocinio liberari.

Aliud de virgine non martyre. Secreta

Hoſtias dn̄e quas tibi offerimus ꝓpicius reſpice: ⁊ intercedēte btā N. virgine tua vincula pctōꝝ noſtroꝝ abſolue. P.

Cōio de virgine ⁊ martyre.

Feci iudiciū ⁊ iuſticiā dn̄e non calumnient me ſupbi: ad oīa mādata tua dirigebar: oēm viā iniquā odio habui.

Cōio de virgine nō mr̄e.

Quinqꝫ prudētes vgines acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadibus media aūt nocte clamor factꝰ eſt ecce ſponſus venit exite obuiaꝫ xp̄o dn̄o.

Cōplen. de virgine ⁊ martyre.

Sancte virginis ac martyris tue N. pcibus cōfidentes q̄ſ dn̄e: vt p ea que ſumpſimꝰ eterna gaudia capiamꝰ. Per do.

Cōpl. de virgine non martyre

Sanctificet nos queſumꝰ dn̄e tui pceptio ſacramēti: ⁊ interceſſione beate N. virginis tue tibi reddat acceptos. Per do.

De pluribꝰ virginibꝰ Intro.

Gaudeamꝰ om̄es in dn̄o diē feſtum celebrātes in honore

ſctāꝝ de quaꝝ paſſiōe gaudēt angeli
⁊ collaudāt filiū dei. Pſ̄. Exultate
iuſti in dño rectos decet collaudatio
Oro
Deus qui nos ſan-
ctarū virginū tuaꝝ N. ⁊
N. ꝑpali facis cōmemoratione
gaudere. concede propicius: vt
earū ſuffragantibꝰ meritis ab
imminētibus periculis libere-
mur: ⁊ eternis gaudijs perfrui
mereamur. Per dñm. Epla et
Euā. vtſ̄ de vna virgine. Gr.
Exultabūt ſctē in gloria letabunt
in cubilibꝰ ſuis. ꝟ. Cātate dño can-
ticū nouū laus eiꝰ in eccleſia ſctōꝝ.
Alla. ꝟ. Adducent regi virgines
poſt eam proxime eius offerent tibi.
Proſa. Gaude celeſtis ſpōſa ſum-
mi regis. vtſ̄ de vna virgine.
Offert.
Offerent regi virgines
poſt eam proxime eius offerent tibi
Secre.
Munera dñe que no-
mini tuo ꝓ ſolennitate ſancta
rū virginū tuarū N. ⁊. N. offe-
rimus: earū ꝑcibus tibi grata
fieri ſuppliciter exoramus. P.
Cōio. Quinqꝫ prudentes. vtſ̄ de
vna v̄gine nō martyre. Cōplē.
Munera tua dñe ſupplicatio
ne ſctāꝝ virginū N. ⁊. N. a de-

lectationibꝰ terrenis nos expe
diant ⁊ celeſtibꝰ reficiāt ſacra-
mētis. Per do. De vna vidua
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti ini-
quitatē: ꝓpterea vnxit te deꝰ
deus tuus oleo leticie pre cōſortibꝰ
tuis. Pſ̄. Eructauit cor meū verbū
bonū dico ego opa mea regi. Glia.
Oratio
Proſit plebi tue
dn̄s deus beate N. vene-
randa feſtiuitas: vt cuius gau
demꝰ honore: ꝓtegamur auxi-
lio. Per. Lectio libri ſapientie
Mulierē puerbioꝝ. xxxi.
fortē quis inueniet: pro
cul ⁊ de vltimis finibꝰ precium
eius. Confidit in ea cor viri ſui
⁊ ſpolijs nō indigebit. Reddet
ei bonū et non malū oībus die
bus vite ſue. Queſiuit lanaꝫ et
linū: ⁊ operata eſt conſilio ma-
nuū ſuarū. Facta eſt quaſi na-
uis inſtitoris: de longe portās
panem ſuū. De nocte ſurrexit:
deditqꝫ ꝑdaꝫ domeſticis ſuis.
⁊ cibaria ancillis ſuis. Cōſide
rauit agrū ⁊ emit eū. de fructu
manuū ſuarū plātauit vineaꝫ
Accinxit fortitudine lumbos
ſuos: ⁊ roborauit brachiū ſuuꝫ

Guſtauit et vidit q̄a bona eſt
negociatio eius: non extingue
tur in nocte lucerna illiꝰ. Ma-
num ſuaꝫ miſit ad fortia: ⁊ di-
giti eius apprehenderūt fuſuꝫ.
Manum ſuam aperuit inopi:
⁊ palmas ſuas extēdit ad pau
perem. Nō timebit domui ſue
a frigoribus niuis: omnēs enim
domeſtici eius veſtiti ſunt du-
plicibus. Stragulataꝫ veſtem
fecit ſibi. Byſſus ⁊ purpura ve
ſtimentū eius. Nobilis in por-
tis vir eius q̄n ſederit cū ſena-
toribus terre. Syndonē fecit et
vendidit: ⁊ cingulū tradidit
chananeo. Fortitudo et decor
indumētum eius: et ridebit in
die nouiſſimo. Os ſuū aperu-
it ſapiētie: ⁊ lex clemētie in lin-
gua eiꝰ. Conſiderauit ſemitas
domus ſue: ⁊ panem ociosa nō
comedit. Surrexerunt filij eiꝰ:
⁊ beatiſſimā p̄dicauerūt. Vir
eius ⁊ laudauit eā. Multe filie
congregauerūt diuitias: tu ſu
greſſa es vniūſas. Fallax gra-
tia ⁊ vana eſt pulcritudo. Mu
lier timens deum ip̄a laudabi
tur: date ei de fructu manuum
ſuarum: ⁊ laudent eam in por
tis opera eius. Gr. Audi filia
⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā: quia cō-
cupiuit rex ſpeciem tuaꝫ. V. Specie
tua ⁊ pulchritudine tua intende pro
ſpere p̄cede ⁊ regna. Alla. V. Egre
gia ſponſa xp̄i implora p̄ nobis ad
dnm̄ ieſum chriſtū. Proſa.
Dya mater nos agnoſce: libro
vite nos depoſce cum electis inſeri.
Ut cōſortes tue ſortis ⁊ a penis ⁊
a portis eruamur inferi. Euā. Si-
mile eſt regnū celorū theſauro
abſcōdito. vt̄s de una virgine
Diffuſa eſt gratia in la- Offer.
bijs tuis: p̄pterea benedixit te deus
ineternū ⁊ in ſeculum ſeculi. Secr.
Suſcipe dn̄e munera que in
beate N. ſolennitate deferimꝰ:
cuius nos confidimus patroci
nio liberari. Per dnm̄. Cōio.
Simile eſt regnū celoꝝ homini ne
gociatori querenti bonas margari-
tas: inuenta vna p̄cioſa margarita:
dedit oīa ſua ⁊ cōparauit eā. Cōpl.
Sancte N. famule tue preci-
bus confidentes queſumꝰ do-
mine: vt per ea que ſumpſimꝰ
eterna gaudia capiamꝰ. Per
dominū noſtrum.

Incipiunt miſſe per ſingu-
los dies in hebdomada. Et p̄-
mo die dñica de ſctã trinitate
officiũ. Benedicta ſit ſctã trinitas.
ut ſupra in loco ꝓprio. Feria
ſcd̃a de ſapientia dei eterna.

Ex dñi irreprehẽ-
ſibilis cõuertẽs
animas: teſtimo-
niũ dei fidele: ſapi
entiã preſtãs par-
uulis. Pſ. Celi
enarrant gloriã dei ⁊ opa manuum
eius annũciat firmamẽtũ. Oratio.

Deus qui ꝑ coeternã tibi
ſapientiã hominẽ cũ nõ
eſſet condidiſti: perditũqꝫ mi-
ſericorditer reformaſti. preſta
queſum⁹: ut eadẽ pectora no-
ſtra te inſpirante tota mente
amem⁹: ⁊ ad te toto corde cur-
ramus. Per dñm. Lectio ep̄le
beati iacobi apoſtoli. i.

Fratres: Scientes q᷑ pro
batio fidei vr̃e pacientiã ope-
ratur. Pacientia aũt opus per
fectũ habeat: ut ſitis ꝑfecti et
integri: in nullo deficiẽtes. Si
quis autem veſtrum indiget
ſapientia: poſtulet a deo: qui
dat oĩbus affluenter: et non
improperat: ⁊ dabit̃ ei. Poſtu
let autẽ in fide nihil heſitans.

Dñe dñs noſter q̃ admira- Gr.
bile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra
v̄. Quoniã eleuata eſt magnificen-
tia tua ſuper celos. Alla. v̄. Lau-
da anima mea dñm: laudabo dñm
in vita mea pſallam deo meo q̃diu
fuero. Euãg. Reſpiciẽs ieſus in
celũ dixit. Cõfiteor. Req̃re dñi
ca ante ſeptuageſimã. Offert.

Reuela oculos meos ⁊ conſidera
bo mirabilia tua dñe ut doceas me
iuſticiã tuam da mihi intellectũ ut
diſcã mandata tua. Secr. San-
ctificet queſum⁹ dñe huius ob-
lationis nr̃e munus tua coope-
rante ſapientia: ut tibi place-
re poſſit ad laudem et nobis ꝓ
ficere ad ſalutem. Per. Cõio.

Seruite domino in timore ⁊ exul-
tate ei cum tremore: ne quando ira-
ſcatur dñs ne pereatis de via iuſta.

Infunde q̃s dñe de- Cõpl.
us per hec ſancta que ſumpſi-
mus cordib⁹ noſtris lumẽ tue
ſapientie: ut te veraciter agno
ſcam⁹ et fideliter diligam⁹. P.

Feria tercia de angelis Intro.

Benedicite dominũ omẽs an-
geli eius potẽtes virtuteq̃:

facitis verbũ eius:ad audiendã vo-
cem ſermonũ eiꝰ. Pſ̃. Benedic ani
ma mea dño ⁊ omnia interiora mea
Nomen ſanctũ eiꝰ. Oratio.
Perpetuũ nobis dñe que
ſumꝰ tue miſeratiõis pſ̄ta ſub-
ſidiũ:quibꝰ et angelica preſtiti
ſti ſuffragia nõ deeſſe P. Lctõ
libri Apoc. bti Johis apli. xix.
In diebꝰ illis:Dixit mi-
hi angelus Scribe:beati
q̄ ad cenã nuptiarũ agni voca
ti ſunt. Et dixit mihi. Hec v̄ba
dei vera ſũt:⁊ cecidi ante pedes
eiꝰ vt adorarẽ eũ. Et dixit mi-
hi Vide ne feceris. Conſeruꝰ eniꝫ tuꝰ
ſum ⁊ fratrũ tuorũ habẽtiũ te-
ſtimoniũ ihũ:deũ adora. Gr.
Benedicite dño oẽs angeli eius
potentes virtute qui facitis verbũ eiꝰ.
V. Benedic anima mea dño ⁊ omĩa
interiora mea nomen ſanctum eius.
Alla. V. Laudate dñm omnes an
geli eiꝰ laudate eũ oẽs virtutes eius.
Euã. Aſcẽdit ihs hieroſolimã.
vſqꝫ ibi. Erat autẽ quidaꝫ hõ.
req̄re feria. vi. poſt inuocauit.
Stetit angelus dñi iuxta Offer.
aram templi habens thuribuluꝫ au
reũ in manu ſua:⁊ data ſunt ei incẽ-
ſa multa:⁊ aſcẽdit fumus aromatũ

in conſpectu dei. Secr. Hoſtias
tibi dñe laudis offerimus ſup-
pliciter deprecãtes: vt eaſdem
angelico pro nobis intercedẽ
te ſuffragio:et placatus accipi
as:⁊ ad ſalutẽ noſtram proue-
nire concedas. Per do. Cõio.
Benedicite omẽs angeli dñi dño:
hymnuꝫ dicite et ſuperexaltate eum in
ſecula. Copl. Repleti dñe be-
nedictione celeſti: te ſupplices
imploramꝰ:vt qđ fragili cele-
bramus officio:ſanctoꝝ ange
loruꝫ nobis pdeſſe ſentiamus
auxilio. Per dñm. Feria q̄rta
de ſancto ſpiritu Intr.
Dum ſanctificatꝰ fuero in vo
bis cõgregabo vos de vniuerſis ter-
ris ⁊ effundã ſuper vos aquã mun-
dam ⁊ mũdabimini ab om̃ibus in-
quinamentis veſtris:et dabo vobis
ſpiritũ nouum. Pſ̃. Benedicaꝫ do
minũ in omni tempore ſemper laus
eius in ore meo. Oratio.
Deus cui omne cor patet
et om̃is volũtas loquitur:et quẽ
nullum latet ſecretuꝫ: purifica
per infuſioneꝫ ſancti ſpiritꝰ co
gitationes cordis noſtri: vt te
perfecte diligere et digne lau-
dare mereamur Per dominũ.

F Ad Corinth. j. Cor. xij.

Ratres. Unicuiqꝫ autē datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad vtilitatē. Alij quidē p ſpm̄ dat ſermo ſapiētie. alij autē ſermo ſciētie ſm eūdē ſpm̄. alteri fides in eodē ſpū. alij gr̄a ſanitatuꝫ in vno ſpū. alij operatio virtutum. alij pphetia. alij diſcretio ſpirituū. alij genera linguarū. alij interp̄tatio ſermonū. Hec autē oīa operat vn⁹ atqꝫ idem ſpūs. diuidēs ſingl'is put vult.

B eata gēs cui⁹ eſt dn̄s de⁹ p Gr̄ electoꝝ eoꝝ ppl's quē elegit in hereditatē ſibi. ꝟ. Verbo dn̄i celi firmati ſunt ⁊ ſpū oris eius oīs virtus eoꝝ

A lla. ꝟ. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabuntur: et renouabis faciem terre.

Tractus tpe quadrageſimali

L audate dn̄m oēs gētes ⁊ collaudate eū oēs ppl'i. ꝟ. Qm̄ confirmata eſt ſup nos miſcdia ei⁹ ⁊ veritas dn̄i manet ineternū. S. Joh̄em. xiiij.

I N illo tpe. Dixit ih̄s diſcipulis ſuis. Si diligit me mādata mea ſeruate. ⁊ ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiſcum ineternū: ſpm̄ veritatis quē mundus nō poteſt accipere: quia nō videt euꝫ nec ſcit eū. Vos autē cognoſcetis eū: quia apud vos manebit: ⁊ in vobis erit. Offert. E mitte ſpiritū tuū ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciem terre: ſit gloria dn̄i in ſecula.

H ec oblatio qs̄ dn̄e Secre. cordis noſtri maculas emundet: vt ſpūs ſancti digna effici mereat habitatio. Cōio. S piritꝰ vbi vult ſpirat ⁊ vocē ei⁹ audis: ⁊ neſcis vnde veniat aut quo vadat.

C ōcede qs̄ oīps de⁹ Cōplē. ſpm̄ nos ſanctuꝫ votis pmereri ſedulis: quatinus ei⁹ gratia ab oībus liberemur tentationib⁹: ⁊ pctōꝝ nr̄oꝝ indulgētiā pcipere mereamur. Per dn̄m.

Feria qnta de charitate Intr.

D Eus in loco ſctō ſuo de⁹ qui inhabitare facit vnanimes i domo: ipſe dabit virtutē ⁊ fortitudinem plebi ſue. Ps. Exurgat deus ⁊ diſſipent inimici ei⁹. Oro.

O Mīps ſempiterne deus: qui iuſticiaꝫ tue legis in cordibus credentiuꝫ digito tuo ſcribis. da nobis fidei ſpei et charitatis augmentū: ⁊ vt mereamur aſſequi qd̄ promittis: fac nos amare qd̄ precipis. Per.

F Ad Corinth. j. Cor. xiij
Rēs: Charitas patiens eſt: benigna eſt. Charitas non emulaẗ. nō agit pperā: non inflaẗ: nō eſt ambicioſa: non q̄rit q̄ ſua ſunt: nō irritaẗ: non cogitat malū: nō gaudet ſup iniq̄tate: ꝯgaudet aūt v̄itati. Oīa ſuffert: oīa credit: oīa ſpat: oīa ſuſtinet Charitas nū q̄ excidit
Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū ha Gr. bitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite q̄d deſcēdit in barbā barbā aaron. ℣. Mandauit dn̄s benedictionē ꝛ vitam vſq3 in ſeculū
Alla. ℣. Diligā te dn̄e v̄tus mea: dn̄s firmamētū meū ꝛ refugiū meū.
In illo tpe. S. Joh. xiij.
Dixit ih̄s diſcipl'is ſuis. Filioli mei: adhuc modicum vobiſcu3 ſum. Queritis me: et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō poteſtis venire Et vob dico modo: Mādatu3 nouum do vob: vt diligat' inuicē: ſicut dilexi vos: vt ꝛ vos diligat' inuicē. In hoc cognoſcēt oēs q̄a mei eſtis diſcipl'i: ſi dilectione3 habueritis ad inuicē. Offerẗ.
Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secre.
Emitte dn̄e q̄ſ ſpiritūſanctū: qui ꝛ munera p̄ſentia tuū nobis efficiat ſacramentum: ꝛ ad hoc percipiendū corda noſtra purificet. Per do. Cōio.
Tu mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigant' vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.
Spiritū nobis domine tue charitatis infunde: vt Cōpl. quos vno pane celeſti ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per. Feria ſexta de ſctā cruce.
Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i noſtri ieſu chriſti in quo eſt ſalus vita et reſurrectio nr̄a per quem ſaluati ꝛ liberati ſumus.
Ps. Deus miſereaẗ noſtri et benedicat nobis illuminet vultū ſuū ſup nos ꝛ miſereaẗ noſtri. Orō
Deus q̄ vnigeniti filij tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i precioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti. concede q̄ſ: vt nos qui eiuſde3 ſancte crucis gaudem⁹ honore: tua facias vbiq3 ptectione gaudere. Per eun. Ad Philip. ij.
Fratres: xp̄s factus eſt p nobis obediens vſq3 ad mor-

te: morte autē crucis. Propter qđ ⁊ deꝰ exaltauit illū: ⁊ dona uit illi nomē qđ ē ſup oīe no- men: vt in noīe ieſu oīe genu flectaꝛ: celeſtiū: terreſtriū: ⁊ in- fernoꝝ: et oīs lingua cōfitea tur: quia dominꝰ ieſus chriſtꝰ in gloria eſt dei patris. Grad.

Xp̄s factus eſt ꝓ nobis obediens vſqꝫ ad morteꝫ: morte autē crucis. ṽ. Propter qđ ⁊ deꝰ exaltauit illū ⁊ de dit illi nomē qđ eſt ſup oīe nomen

Alla. ṽ. Dulce lignuꝫ dulces cla- uos dulcia ferens pondera: que ſola fuiſti digna ſuſtinere regem celoꝝ et dn̄m. Proſa. O crux lignum. vl's in fine q̄ſi pſe illius. Laudes cru cis attollamus nos. ip̄o die inuen tionis ſancte crucis. Tractus.

Laudate dn̄m oēs gētes lauda te eū oēs ppl'i. ṽ. Qm̄ cōfirmata eſt ſup nos miſcđia eius: et veritas dn̄i manet ineternū. S. Matheū. xx.

In i. t. Aſcēdēs ih̄s hiero- ſolimā aſſūpſit duodeci diſcipłos ſuos ſecreto ⁊ ait illis Ecce aſcēdimꝰ hieroſolimaꝫ et filꝰ hoīs tradeꝛ principibꝰ ſa- cerdotū et ſcribis: et ꝯdēnabūt eū morte: et tradēt eū gētibꝰ ad illudēdū ⁊ flagellandū ⁊ cruci- figēdū. ⁊ poſtq̄ flagellauerint: occidēt eū: ⁊ tercia die reſurget

Protege dn̄e plebē tuā ꝑ Offer. ſignū ſancte crucis ab oīibus inſi- dijs inimicoꝛū omniū vt tibi gratas exhibeamus ſeruituteꝫ: ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiū noſtrum. Secr.

Hec oblatio q̄s dn̄e ab oī- bus nos purget offenſis: que ī ara crucis immolata etiam to tius mūdi tulit offenſam: ih̄s xp̄s dn̄s noſter. Qui tecū. Pre fatio. Qui ſalutē humani generis.

Nos aūt gloriari opoꝛtet Cōio. in cruce dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Cōplē.

Refecti cibo potuqꝫ celeſti q̄ ſumꝰ oīs deꝰ: vt eos ab hoſtiū defendas formidine: quos re- demiſti in cruce ꝓcioſo ſangui ne filij tui dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. Qui

Sabbato de dn̄a: et primo in aduentu dn̄i. Introitꝰ.

Rorate celi deſup ⁊ nubes plu ant: iuſtuꝫ aperiaꝛ terra et germinet ſaluatoꝛem. Ps. Celi enarrant glo riam dei: ⁊ opera manuū eius annū ciat firmamentū. Oratio.

Deus q̄ de btē marie vgi- nis vtero verbū tuum angelo annūciante carnē ſuſcipere vo luiſti. preſta ſupplicibus tuis:

ut qui vere eã dei genitricẽ credi-
mus:eius apud te intercessio-
nibus adiuuemur. Per eundẽ
Epl'a. Locut' eſt dñs ad achaz
dicẽs. vt s. feria quarta q̃tuor
tpm in aduentu. Gr. Tollite
portas principes vr̃as et eleuamini
porte eternales et introibit rex gl'ie.
ỽ. Quis aſcẽdit in montẽ dñi aut qs
ſtabit in loco ſancto eius: innocens
manibus ⁊ mũdo corde. Alla. ỽ.
Prophete ſcti p̃dicauerunt naſci ſal
uatorẽ de virgine matre ſctã maria.
Alla. ỽ. Ab arce ſyderea gabriel
intonuit verbum miſſum diuinitus
marie cõcinnuit: ait illa: ſũ ancilla
puella hũilima regl' hui' defers cui'
mãdata ſalubria ut ancille mandat
ille de ſuꝑna curia: fiat parens licet
carẽs cõiugali copula. ad hec verba
nõ ſuꝑba ſed mire flagrãtie mox in-
trauit lux diuina marie p̃cordia. Er-
go pia o maria te laudantes poſci-
mus. Ora patrẽ nã te matrẽ natus
audit optim': hora mort' det ut for
tis ſit contritio. Ne dãnemur ſed vt
letemur in celeſti palatio. Amen di
cat mente tota plebs cruore xp̃i lota
vt ſit ſp ſine nota. O dulcis maria.
Miſit ad virginẽ nõ Proſa
quẽuis angelũ ſed fortitudi-
nem ſuã archangelũ amator hoīs.
Fortem expediat p nobis nunciũ
nature faciat ut preiudiciũ in partu
virginis. Naturaꝫ ſuperat natus
rex glorie regnat ⁊ imperat et zyma
ſcorie tollit de medio. Suꝑbientiũ
terat faſtigia colla ſublimiũ calcet
vi ꝓpria potens in prelio. Foras
eiiciat mũdanũ principẽ matremq;
faciat ſecũ participẽ patris imperii.
Exi qui mitteris hec dona diſſere
reuela veteris velamẽ littere: virtu-
te nũcii. Accede nuncia dic aue co-
minus: dic plena gratia dic tecũ do-
min' ⁊ dic ne timeas Uirgo ſuſci
pias dei depoſitũ in quo ꝑficias ca-
ſtũ ꝓpoſitũ ⁊ votũ teneas. Audit
⁊ ſuſcipit puella nunciũ credit ⁊ con
cipit ⁊ parit filium ſed admirabileꝫ
Cõſiliariũ humani generis ⁊ deũ
fortiũ ⁊ patrẽ poſteris ĩ fine ſtabilẽ.
Qui nobis tribuat peccati veniaꝫ
reatus diluat ⁊ donet patriã in arce
ſyderũ. Amen. Euãg. Miſſus eſt
angel'. Require feria q̃rta poſt
dñicã tertiã aduẽtus. Offert.
Aue maria gratia plena dñs tecũ
benedicta tu in mulieribus ⁊ benedi
ctus fructus uentris tui. Secreta.
Altari tuo dñe ſuperpoſita
munera ſpũſſanctus benign'

aſſumat: q̄ btē marie ſemꝑ vir
ginis viſcera ſplendore ſue vir
tutis repleuit. Per do. eiuſdē.
Ecce vḡo cōcipiet ⁊ pariet Cōio.
filiū ⁊ vocabit nomē eius emanuel.
Oms ſempiterne de⁹: q̄ Cōpl
coeternū tibi filium pro ſalute
mūdi ſ̄m carnē ſpūſctō conci
piendū angelico myſterio btē
marie ſemꝑ virgini declaraſti
adeſto propicius pp̄lo tuo: vt
ad ei⁹ natiuitatē pace conceſſa
liberiorib⁹ animis occurram⁹
Per eundē. eiuſdē. De dn̄a a
natiuitate dn̄i vſqꝫ ad feſtum
purificatiōis marie Salue ſctā
parēs. vt infra. v̄. Poſt partū vir-
go inuiolata permāſiſti. Oratio.
DEus q̄ ſalutis eterne btē
marie virginitate fecun
da humano generi p̄mia p̄ſti-
tiſti. tribue q̄ſ: vt ipſam pro
nobis intercedere ſentiam⁹: ꝑ
quā meruimus auctorem vite
ſuſcipere. Dn̄m noſtruꝫ ieſum
xp̄m filiū tuū. Qui tecū. Ep̄la.
Quāto tp̄e heres paruulus eſt
cū Euang. require dn̄ica infra
natiuitatis dn̄i Gr. Benedicta
⁊ venerabilis es. vt infra. Alla.
v̄. Poſt partū virgo inuiolata ꝑmā

ſiſti dei genitrix intercede pro nobis
Proſa. Letabundus exultat. vt̄s.
in die circūciſionis dn̄i. vel. Cō
centu parili. vt̄s in die purifica-
tiōis marie. Euā. Erat ioſeph
⁊ maria mater. Finis. Ex mul
tis cordib⁹ cogitatiōes. vt̄s in
dn̄ica infra octauaꝫ natiuita-
tis dn̄i. Offer. Felix nāqꝫ es ſa
cra virgo maria ⁊ oī laude digniſſi-
ma: q̄a ex te ortus eſt ſol iuſticie xp̄s
de⁹ noſter. Secr. Munerib⁹ no
ſtris q̄s dn̄e placare ſuſceptis:
et intercedēte ꝑ nobis btā dei
genitrice maria celeſtib⁹ nos
mūda myſterijs et clemēter ex
audi. Per. Prefatio ꝑ octauā
natiuitatis dn̄i. Quia per incar-
nati verbi. Poſt octaua dicit p̄-
fatio. Et te in veneratione. Cōio.
Beata viſcera marie virginis que
portauerūt eterni p̄ris filiū. Cōplē.
de beata virgine. Hec nos cō
munio dn̄e purget a crimine:
⁊ intercedēte pro nobis dei ge-
nitrice virgine maria: celeſtis
remedij faciat eſſe conſortes.
Per dn̄m. De dn̄a poſt purifi
cationis et in quadrageſima ⁊
poſt ſanctā trinitatem.
SAlue ſctā parēs enixa puer-

ꝑa regem qui celum terraqꝫ regit
in ſecula ſeculoꝝ. Pſ̃. Sentiāt oēs
tuum leuamen: quicunqꝫ celebrant

Ctuā cōmemoratione. Orō.
Concede nos famulos tu
os qſũs dñe deꝰ noſter ꝑpetua
mētis et corporis ſanitate gau
dere: et glorioſe btē marie ſemꝑ
virginis interceſſione a p̄ſenti
liberari triſticia: et eterna per-
frui leticia. Per do. Lctō libri
Sapie. Eccliaſtici. xxiiij.
Ab inicio et ante ſecula
creata ſum: et vſqꝫ ad futuruꝫ
ſeculū non deſinā: ⁊ in habita-
tione ſctā corā ip̄o miniſtraui
Et ſic in ſyon firmata ſum: et
in ciuitate ſanctificata ſimili-
ter requieui: et in hierl'm pote-
ſtas mea. Et radicaui in po-
pulo honorificato: et in partes
dei mei hereditas illiꝰ: ⁊ in ple-
nitudine ſanctoꝝ detētio mea
Benedicta ⁊ venerabilis es Grꝫ.
virgo maria que ſine tactu pudoris
inuēta es mater ſaluatoris. ỽ. Vir-
go dei genitrix quē totus non capit
orbis in tua ſe clauſit viſcera factus
hō. Alla. ỽ. O cōſolatrix paupe-
rū maria tuis p̄cibus auge virtutuꝫ
numerū in charitate xp̄i: quos tu de
mortis manibus ꝑ filiū humilimuꝫ
mater eripuiſti. Alla. ỽ. Aue be-
nedicta maria ih̄u xp̄i mater et filia
flos pudoris: ros dulcoris dos amo
ris. O maria celi via virgo candens
liliū: ſtella maris appellaris ora tuū
filiū. Sydus ſplēdoris mater ſalua
toris: tu dignare dep̄care virgo ma-
ter filiū: ne demergat ſed abſtergat
labē prorſus criminū: o maria oīm
plena grā. Alla. ỽ. Felix nāqꝫ es
ſacra ỽgo maria: ⁊ oī laude digniſſi
ma: qz ex te ortus eſt ſol iuſticie: xp̄s
deꝰ noſter. Alla. ỽ. Aue maria vir
go celi: regina mundi et dña: ſuſcipe
tuoꝝ deuotas laudes ſeruoꝝ Alla
ỽ. O maria rubens roſa delicatū li-
liū: dulcis mitis et formoſa ſummū
celi gaudiuꝫ: tu xp̄i ſtella lucida. Tu
vitis copioſa exaudi nos miſeros et
ora ꝑ nobis pia ⁊ ꝑduc nos ad filiū
tuū ỽgo maria ſūmū celi gaudiuꝫ et
ſpes in te ſperātiū: o ỽgo ỽginū ma-
ria alla alla tibi canētes ſublena ru
tilans aurora virgo maria. Alla.
ỽ. Virga yeſſe floruit virgo deum ⁊
hominē genuit: pacē deꝰ reddidit in
ſe recōſilians yma ſummis. Alla.
ỽ. Maria dei genitrix et virgo ꝑhē-
nis intercede pro nobis. Alla. ỽ.
Salue dulcis o maria: que es ſtella

matutina: roſa florẽs ſine ſpina tuũ p nobis ora filiũ: ut ſctõrũ inꝯternuȝ nobis donet cõſortiũ. Alleluia. ỽ. Imperatrix egregia ieſu mr̄ et filia ad noſtra ſuſpiria porrige ſuffragia allã: vite via gravia delictoruȝ vicia ſaucia maria. Allã. ỽ. Subueni mater pia ora dñm filiũ tuuȝ p ppl'o tuo ex te eũ nobis naſci dignat' eſt.

Laus tibi xp̄e filio ma- Tract' rie tu nobis aſſiſte precamur in hac die quotidie rex pie reſpice ꝯ p̃ces noſtras ad te dirigẽ. ỽ. O virgo glo- ſa mater gratioſa tota ſpecioſa ro- ſa formoſa: p̃ cunctis virtuoſa ſtella luminoſa audi ꝯ exaudi decantãtes ſtãtes: teqȝ collaudãtes maria mater gratie. ỽ. Adiuua nos ſancta dei genitrix maria ora p ppl'o prece pia: interueni pro clero dans ſolacia. ỽ. Intercede pro deuoto femineo ſexu ſentiãt oĩs tuũ iuuamen amamen ſolamen ſubleuamẽ amẽ. Vel etiã tract' dicit Audi filia ꝯ vide. vt s̃ de virgine in cõi ſctõꝶ. Proſa.

Aue preclara maris ſtella in lucẽ gentiũ maria diuinitus orta. Auge dei porta que nõ aperta veritatis lumen ipm ſoleȝ iuſticie indutũ carne ducis in orbem Virgo decus mũdi regina celi precelecta ut ſol pulchra lunarꝭ ut fulgor aguoſce oẽs te diligẽtes. Te plenaȝ fide virgam alme ſtirpis yeſſe naſciturã priores deſiderauerũt p̃res ꝯ pphete Te lignũ vite ſctõ rorãte puctumate pariturã diuini floris amigdaluȝ ſignauit gabriel. Tu agnũ regem terre dominatorẽ moabitici de petra deſerti ad montẽ filie ſyõ traduxiſti. Tuqȝ furentẽ leuiathan ſerpenteȝ tortuoſumqȝ ꝯ vectem collidẽs dam noſo crimine mũdũ exemiſti Hinc gentiũ nos reliquie tue ſub cultu memorie mirũ immodũ quẽ es enixa p piciatiõis agnũ regnãtẽ celo eternaliter reuocam' ad arã mactãdũ myſterialiẽ. Hinc mãna verũ iſraheliꝯ tis veris veri abrahe filijs admirantib' quõdã moyſi qð typ' figurabat iã nunc abducto velo daẽ pſpici: ora virgo nos illo pane celi dignos effici. Hac fontẽ dulcẽ queȝ in deſerto petra p̃monſtrauit deguſtare cũ ſincera fide reneſqȝ conſtringe lotos in mari anguẽ eneũ in cruce ſpeculari. Hac igni ſctõ p̃riſqȝ ỽbo qð rubus ut flãma tu portaſti virgo mr̄ facta pecuali pelle diſcinctos pedẽ mũdis labijs cordeqȝ propinquare Audi nos nã te fili' nihil negãs honorat. Salua nos ihũ pro quibus virgo

mater te orat. Da fontē boni viſe
re da pure mentis oculos in te defi=
gere. Quo hauſto ſapiētie ſapores
vite valeat meus intelligere. Chri
ſtianiſmi fidem operibus redimire
beatoqꝫ fine ex huius incolatu ſecu=
li auctor ad te trāſire. Amen. Alia

Sproſa de beata virgine.

Salue mater ſaluatoris vas
electū vas honoris vas celeſtis gra=
tie. Ab eterno vas prouiſum: vas
inſigne vas excíſum manu ſapiētie.
Salue verbi ſacra parens flos de
ſpina ſpina carens flos ſpineti glīa.
Nos ſpinetū nos peccati ſpina ſu
mus cruentati: ſed tu ſpine neſcia.
Porta clauſa fons hortorū: celſa
cuſtos vnguentorū cella pigmētaria
Cynamomū calamū mirrā thus
⁊ balſamum ſuperas fragrantia.
Salue decus virginum mediatrix
hoīm: ſalut⁊ puerpera. Mirthus
temperantie: roſa pacientie: nardus
odorifera. Tu conuallis humilis
terra nō arabilis: que fructū partu=
rijt. Flos cāpi cōualliū: ſingulare
liliū xp̄s ex te pdijt. Tu celeſtis pa
radiſus libanuſqꝫ nō inciſus vapo=
rās dulcedinē. Tu cādoris ⁊ deco=
ris: tu dulcoris ⁊ honoris habēs ple
nitudinē. Tu thronus es ſalomo
nis: cui nullus par in thronis arte
vel materia. Ebur candēs caſtita=
tis: aurum fuluum charitatis p̄ſi=
gnās myſteria. Palmā ferens ſin
gularē: nec in terris habēs parē nec
in celi curia. Laus humani gene=
ris virtutū p̄re ceteris habes priuile
gia. Sol luna lucidior: ⁊ luna ſy=
deribus: ſic maria dignior creaturis
oībus. Lux eclipſim neſciēs virgi
nis eſt caſtitas: candor indeficiēs im
mortalis charitas. Salue mater
pietatis ⁊ toti⁹ trinitatis nobile tri=
cliniū. Verbi tamē incarnati ſpe=
ciale maieſtati preparans hoſpiciū.
O maria ſtella maris: digni tate
ſingularis ſuper oēs ordinaris ordi
nes celeſtiū. In ſupremo ſita poli:
nos cōmenda tue p̄li ne terrores ſiue
doli nos ſupplātēt hoſtiū. In pro
cinctu cōſtituti te tuente ſim⁹ tuti p̄=
uicacis ⁊ verſuti tue cedat vis virtu=
ti dolus p̄uidētie. Jeſu verbū ſum
mi patris ſerua ſeruos tue matris:
ſolue reos ſalua grat⁊ ⁊ nos tue cla
ritatis configura glorie. Amen.

Alia proſa de beata virgine.

Verbū bonū ⁊ ſuaue perſone
mus illud aue: p qd xp̄i fit cō
claue virgo mater filia. Per quod
aue ſalutata mox cōcepit fecundata:

ṽgo dauid ſtirpe nata: inter ſpinas
lilia. Aue veri ſalomonis mater:
madens vellus gedeonis cuius tres
magi tribꝰ donis laudãt puerperiũ
Aue ſolẽ genuiſti: aue ꝑlẽ ꝓtuliſti
mũdo lapſo ꝯtuliſti vitã ⁊ imperiũ.
Aue mater verbi ſũmi maris poꝛ
tus ſignũ dumi: aromatũ virga fu-
mi angeloꝝ dña. Supplicamꝰ nos
emenda: emendatos nos cõmenda
tuo nato ad habẽda ſempiťna gau-
dia. Alia proſa de btã virgine.

AVe maria gratia plena dñs
tecũ virgo ſerena. Benedi-
cta tu in mulieribꝰ: ꝙ peperiſti pacẽ
hoĩbus ⁊ angelis gloriã. Et bene
dictus fructꝰ vẽtris tui: ꝙ coheredes
vt eſſemus ſui: nos fecit per gratiã.
Per hoc aũt aue mũdo tam ſuaue
cõtra carnis iura. Genuiſti ꝓlẽ
nouam ſtella ſolem noua genitura.
Tu parui ⁊ magni leonis et agni
ſaluatoꝛis xp̃i tẽplũ extitiſti ſed vir-
go intacta. Tu flor̄ ⁊ roꝛis panis
⁊ paſtoꝛis virginũ regina: roſa ſine
ſpina genitrix es facta. Tu ciui-
tas regis iuſticie: tu mater es miſeri
coꝛdie: de lacu fecis et miſerie theo-
philũ refoꝛmãs gr̃e. Te collaudãt
celeſtes curie tu es mater regis et fi-
lia: ꝑ te reis donať venia: ꝑ te iuſtis

ꝯferť gr̃a. Ergo maris ſtella: ver-
bi dei cella et ſolis auroꝛa. Para-
diſi poꝛta per quã lux eſt oꝛta: natũ
tuũ oꝛa. Vt nos ſoluat a pc̃tis: ⁊
in regno claritatis: quo lux lucet ſe-
dula colloceť ꝑ ſecula. Alia proſa

GAude maria templũ ſumme
maieſtatis. Gaude maria
ſpeculũ virginitatis. Gaude ma-
ria lux oꝛnamẽti gl'ie. Gaude ma
ria lex teſtamẽti gr̃e. Gaude ma-
ria vera ſpes veri gaudij. Gaudi-
um nobis ſit dulcis tui vultus filij.
Aue virgo gl'ioſa caſti cãdoꝛ lilij
Aue virtus odoꝛoſa: ſummi ſpes
ſolacij. In ꝓcinctu vie ſtamus: la-
pſis manu poꝛrige. Tua p̃ce ne ca
damꝰ greſſus nr̃os dirige. Salua
nos ⁊ ſerua in ſeculũ ſecl'i. Vbi te
ſctõꝝ contemplanť oculi ſctã maria.

Alia pſa de btã virgine

GAude mater luminis quã di
uini numinis viſitauit gr̃a maria.
Salue virga regia floꝛe fructu cã-
dida: diuina potentia maria. Ple
na dei munere meruiſti gignere ꝓleꝫ
caſtitatis maria. Tu virtutũ ſpe-
culũ illuſtraſti ſeculũ luce claritatis
maria. Te honoꝛãt ſuperi matreꝫ
oĩs gr̃e maria. Ad te clamãt miſe
ri de valle miſerie maria. Audi ꝓ-

ces terge fletus nos cõmenda filio o
maria. Ut nos tua pce ſuo collo=
cet in ſolio o maria. Alia proſa.
Hodierne lux diei celebris in
matris dei agitur memoria
Decantem⁹ in hac die ſemp virgi=
nis marie laudes ⁊ pconia. Omis
hõ omi hora hãc adora⁊ implora ei⁹
patrocinia. Pſalle pſalle niſu to=
to cordis oris voce voto aue plena
gratia. Aue dña celorũ inexperta
viri thorũ parens paris neſcia. Fe
cũdata ſine viro genuiſti more miro
genitorẽ filia. Florens hortus au
ſtro flante: porta clauſa poſt et ante
via viris inuia. Fuſa celi rore tel=
lus: fuſum gedeonis vellus: deitatis
pluuia. Salue decus firmamenti
tu caliginoſe menti deſuper irradia.
Placa mare maris ſtella ne inuol
uat nos pcella ⁊ tempeſtas valida.
Alia pſa de beata virgine tpe
preſertim penthecoſtes.
Veni virgo virginum: veni lu
mẽ luminũ: veni vena venie. Ue
ni ſalus hominũ: veni ſplendor cor=
diũ celeſtis militie. Conſolatrix in
clita: veni vide viſita errantes in ae=
ra. Nos foue nos excita: nos rege
nos ſuſcita de lacu miſerie. Ueni
yeſſe vgula: veni roſa primula roſa
carens crimine Peccatorũ vincula
rumpe prece ſedula pſentis familie.
Interuentrix optima: reple cordis
intima celeſti temperie. Magna
maior maxima eſto nobis proxima
regẽs regẽ glorie Ut nos iũgat ſupe
ris dãs nob i dexter⁊ poſt ſpem frui
ſpecie. Aue regina diceris miſere=
re miſeris vgo mater gratie. Alia
Imperatrix glorioſa potẽs et
imperioſa iheſu xpi generoſa
mater atq3 filia. Radix yeſſe ſpe=
cioſa virgo florens ⁊ frondoſa quaz
perfudit copioſa deitatis pluuia.
Auſter lenis te pflauit ⁊ perflãdo
fecũdauit aquilonez dũ fugauit ſua
cũ potẽtia. Florẽ ergo genuiſti ex
quo fructũ ptuliſti gabrieli dum fui
ſti paranimpho credula. Ioſeph iu
ſtus vir expauit: iſta dum conſidera=
uit ſciens q nõ temerauit floreſcentẽ
virgulã. Tamen bene cõſeruauit
archanũ nec diuulgauit ſpõſam ſed
magnificauit honorãs ut dominã.
Celi quõdã rorauerũt nubes ex q
decreuerũt decreteq3 ſtillauerẽt vgis in
gremiũ. Res mirãda res nouella
nã pcedit ſol de ſtella regẽ dum parit
puella viri thori neſcia. Ergo cle=
mẽs et benigna cũctorũq3 laude di=
gna tuo nato nos conſigna pia per

ſuffragia. Ut carnali quo grauamur compede ſic abſoluamur vt ſoluti transferamur ad celi palacia.

In illo tpe. S. Lucam. xj

Loquēte ieſu ad turbas extollēs vocem quedã mulier de turba dixit illi. Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbera que ſuxiſti At ille dixit. Quinymo Beati qui audiūt verbum dei ⁊ cuſtodiūt illud. Offer. Aue maria gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ benedict⁹ fructus vētris tui. Aliud. Recordare virgo mater dū ſteteris in conſpectu dei vt loquaris ꝓ nobis bona: et vt auertat indignationē ſuã a nob.

Tua dñe ꝓpiciatōne Secre. ⁊ btē marie ſemꝑ ꝟginis interceſſiōe ad perpetuã q̃s atq; ꝑſentē hec oblatio nobis ꝓficiat ꝓſperitatē ⁊ pacē. Per do.

Prefatio. Et te in veneratiōe btē.

Aue regina celorū mater Cōio. regis angelorū: o maria flos virginū: velut roſa vel liliū: funde preces ad filium pro ſalute fideliū. Cōpl.

Sumptis dñe ſalutis nr̄e ſubſidijs. da q̃s btē marie ſemper virginis patrocinijs nos vbiq; ꝓtegi: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtu ſim⁹ maieſtati. P.

De dña tpe paſcali Introit⁹.

Salue ſctā parēs. vſ̄ in ꝓximo.

Proſit nobis op̄s Oro. pater ⁊ ꝓcipue inter hec feſta paſcalia filij tui ſolennia cōtinuata dei genitricis et virginis marie memoria: q̄ aſtitit vulnerata charitate in cruce pendēti. et nūc aſtat regina a dextris in celo regnanti dño noſtro ieſu xp̄o filio tuo. Qui tecū. Lcō actuū apl'oꝝ. j.

In diebus illis. Reuerſi ſūt apl'i hieroſolimã a monte qui vocat' oliueti: qui eſt iuxta hiersm: ſabbati habēs iter. Et cū introiſſent ĩ cenaculū: aſcenderūt vbi manebant petrus et iohãnes: iacobus et andreas: philipp⁹ et thomas: bartholomeus ⁊ mathe⁹: iacob⁹ alphei et ſymon zelotes ⁊ iudas iacobi. Hij oēs erãt ꝑſeuerantes vnanimiter ĩ oratiōe cū mulierib⁹ ⁊ maria matre ieſu et fratrib⁹ eius. Alla. ꝟ. Surgēs ihs ⁊ occurrēs mulieribus ait: auete. tūc acceſſerunt ⁊ tenuerunt pedes eius. Alla. ꝟ. Angelus dñi deſcēdit de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidē ⁊ ſede

bat sup eũ. ṽ. Respõdens aũt angelus dixit mulierib⁹. quẽ queritis: ille autem dixerũt ihm nazareuũ. Alla. Virga yesse. vtš in primo officio. Scdm vo Alla semp dicat de die hebdomade paschalis: vt si dñico die tenet de btã virgine scdm Alla. erit de die pasce. Si scda feria. dicat de scda feria scdm Alla. ⁊ sic cõsequenter vtš annotatum est. Prosa. Mane pma sabbati. vtš sabbato infra octãs pasce. Alia prosa.

Virgini marie laudes ꝯcinãt xpiani. O beata dña tua p pcamina recõcilient pctõres. Per te fiant liberi a fermento veteri victime pascalis pceptores. O a nobis maria tua per suffragia aspectu xpi viuẽtis ⁊ glia frui resurgẽtis. Tu prece nos pia xpo recõcilia que sola mater intacta genitrix dei modo es facta. Credendũ est ex te deũ et hominẽ natũ resurrexisse glorificatum Scim⁹ xpm pcessisse ex maria vere cõserua mater nos et tuere. Amen.

In illo tpe. S. Joh. xix. Stabant iuxta crucem iesu mater eius ⁊ soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrẽ ⁊ discipulũ stantẽ quẽ diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce fili⁹ tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mat tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua. Offer. Recordare. vtš in primo officio. Vel hoc. Angelus dñi descẽdit de celo ⁊ dixit mulierib⁹: quẽ querit surrexit sicut dixit alla. Secr. Propicia re nobis qs oẽs deus illius agni oblatiõe acceptissima: et btẽ marie vginis et genitricis dei pia intercessiõe quẽ ipa genuit ppetua vginitate. Dñm nostrũ. Pfa. Et te in veneratiõe

Regina mũdi ⁊ dña vgo Cõio. maria ppetua intercede p nra pace ⁊ salute que genuisti xpm dñm saluatorem omniũ alla alleluia. Cõpl. Per hec sacramẽta pascalia nos tibi clemẽtissime de⁹ beate virginis marie oratio sancta cõciliet: que nobis panẽ angelorum ⁊ celestẽ alimoniã generauit. Dñm nostrũ iesum xpm.

Alie oratiões de beata vgine: q dicunt et tpe resurrectiõis et tpe ascẽsionis. Oratio.

Deus qui p vnigeniti tui resurrectionẽ vel ascẽsionem fa-

miliā tuā; letificare dignatus
es: concede nobis famulis tuis
vt ꝑ venerabilē eius genitricē;
virginē mariā; ⁊ reſurrectiōis
vel aſcenſionis gloriā ⁊ eterne
capiam⁹ gaudia vite. Per eū.
Hoſtias nobis q̄s Secre.
dn̄e preſentis ſacrificij ſacrifica
quas pro glorioſa reſurrectiōe
vel aſcēſione filij tui offerim⁹:
vt intercedēte btā dei genitrice
v̄gine maria nr̄e deuotiōi ꝓfi-
ciāt ⁊ ſaluti. Per eundē. Cōpl.
Munera diuina que ſumpſi
mus dn̄e pro reſurrectione vel
aſcēſione filij tui dn̄i noſtri q̄
cōtinent in nobis dignāter cō
pleāt: et cōplendo beate marie
ꝑcibus nos in melius deducāt
Per eundem. Tpe paſcali de
omnibus ſanctis. Oro
Chriſtianā q̄s dn̄e pro
picius reſpice plebē tuā: et quā
paſcalib⁹ dignatus es renoua
re myſterijs: intercedētib⁹ omī
bus ſctis tuis: a tpalibus cul-
pis dignāter abſolue. P. Alia
de oībus ſctis tpe aſcenſionis.
Conſerua q̄s domine
ſperātes in te: ⁊ effice vo
luntatē tuā in nobis: vt clari-
ficati glīa aſcenſionis domini
noſtri ieſu xp̄i mereamur a de-
xtris tuis cū oībus ſāctis tuis
delectari. Per eundem. Secre.
Da q̄s dn̄e nos ſemꝑ ꝑ hec
myſteria paſcalia vel aſcenſi-
onis gratulari: ⁊ intercedente
btā dei genitrice v̄gine maria
cū omībus ſanctis tuis. conce
de ꝓpicius: vt continua noſtre
reparationis operatio ꝑpetue
nobis fiat cauſa leticie. Per.
Preſta q̄s oꝑs deus Cōpl.
vt huius paſcalis vel aſcenſio-
nis feſtiuitatis mirabile ſacra
mentū meritis oīm ſctōꝝ tuo
rū tpalē nobis tranquillitatē
obtineat: ⁊ vitā cōferat ſempi-
ternā. P. De oībus ſctis orō.
Propiciare nobis q̄ſum⁹
dn̄e famulis tuis ꝑ ſctē
dei genitricis v̄ginis marie et
btōꝝ aplōꝝ petri et pauli ſctō-
rūq; martyrū tuoꝝ; wēceſlai
ſtaniſlai floriani et adalberti:
necnon et omniū ſctōꝝ merita
glorioſa: vt eoꝝ pia ⁊ aſſidua
interceſſiōe ab omīb⁹ ſemꝑ ꝓ-
tegamur aduerſis. Per. Secr.
Suſcipiat clementia tua dn̄e
q̄s de manibus noſtris mu

nus oblatū. ⁊ p̄ ſancte dei geni
tricis ⁊ virginis marie ⁊ btōꝝ
apl'oꝝ tuorū petri ⁊ pauli ſctō-
rūqꝫ martyrū tuorū wēceſlai
ſtaniſlai floriani atqꝫ adalber-
ti: necnō et oīm ſanctoꝝ tuorū
oratiōes ab omībus nos mun
det peccatis. Per dn̄m. Cōpl.

Diuina libantes myſteria q̄
pro ſctē dei genitricis virginis
marie: et beatoꝝ apl'oꝝ petri et
pauli ſanctorūqꝫ martyꝝ wē-
ceſlai ſtaniſlai floriani adal-
berti: necnō et oīm ſanctoꝝ ve
neratione tue dn̄e obtulimus
maieſtati. qs̄: vt p̄ ea veniā
mereamur peccatorū: et celeſt̄
gratie donis reficiamur. Per.

De omnibus ſctis Orō.

Concede qs̄ ops̄ deus:
vt interceſſio nos ſctē dei geni-
tricis ⁊ v̄ginis marie: omniū-
qꝫ ſanctorū btōꝝ ſpirituū pa-
triarcharū ꝓphetarū apoſto-
loꝝ martyrū ⁊ cōfeſſorū: virgi
nū viduarū et oīm electoꝝ tuo
rū hic ⁊ vbiqꝫ letificet et adiu-
uet: vt dū eorū merita recolim⁹
patrocinia ſentiam⁹. Per do.

Oblatis queſum⁹ dn̄e Secr.
placare munerib⁹: ⁊ intercedē-
tibus oībus ſctis tuis a cūctis
nos defende periculis Per do.

Que ſumpſimus dn̄e Cōpl.
omniū ſanctoꝝ tuorū venera-
tionē celebrātes ſacramēta ce-
leſtia. p̄ſta qs̄: vt qd̄ tꝑaliter
gerim⁹: eternis gaudijs ꝯſequa-
mur. P. Alia orō de oīb⁹ ſctis

A Cunctis nos dn̄e mentis
et corporis defende peri-
culis: ⁊ intercedente gl'ioſa dei
genitrice v̄gine maria cū ſan-
ctis apl'is tuis petro et paulo:
⁊ beatis martiribus tuis wen
ceſlao ⁊ ſtaniſlao pōtifice glo-
rioſo ⁊ omībus ſanctis ſalutē
nobis tribue benignus ⁊ pacē:
vt deſtructis aduerſitatibus ⁊
errorib⁹ vniuerſis eccleſia tua
ſecura tibi ſeruiat libertate. P.

Oblatis queſum⁹ dn̄e Secr.
placare munerib⁹: ⁊ intercedē-
te beata dei genitrice virgine
maria cum ſanctis apl'is tuis
petro et paulo: et beatis mar-
tyrib⁹ tuis wenceſlao ⁊ ſtaniſ
lao pontifice glorioſo ⁊ oībus
ſanctis: a cunctis nos defende
periculis. P. Cōpl. Mūdet ⁊
muniat nos queſumus dn̄e di
uini ſacramenti munus obla-

tū: ⁊ intercedente gl'ioſa ſemp
virgine dei genitrice maria cū
beatis apl'is tuis petro ⁊ pau-
lo ⁊ beatis martirib⁹ tuis wē-
ceſlao ⁊ ſtaniſlao pontifice glo
rioſo et oīb⁹ ſctis a cūctis nos
pericul' reddat expiatos: ⁊ ad-
uerſitatibus expeditos. Per.

Sequunt quedā votiue ſeu
ſpeciales miſſe. Et p̄mo de qn-
q; vulneribus xp̄i Introitus.

Humiliauit ſemet
ip̄m p nobis dn̄s
noſter ih̄s xp̄s vſ-
q; ad mortē: mor
tem autem crucis
ppter qd ⁊ de⁹ exaltauit illū ⁊ dona-
uit illi nomen qd eſt ſup omne nomen
Ps. Miſc'dias dn̄i ineternū cātabo

Domine ih̄u xp̄e Oratio
O fili dei viui qui de celis
ad terram deſcendiſti de ſynu
patris: ⁊ in ligno crucis quin-
q; plagas ſuſtinuiſti: ⁊ ſangui
nē tuū p̄cioſum in remiſſionez
pctōꝝ nr̄oꝝ fudiſti: te humili-
ter dep̄camur: vt in die iudicij
ad dexterā tuā collati te audi
re mereamur dicentem. venite
benedicti patris mei percipite
regnū. Qui cū patre et ſpiritu

Lcō zacharie p̄phete. xij. ⁊. xiij
Hec dicit dn̄s de⁹. Effun
dam ſuper domū dauid
⁊ ſuper habitatores hieruſalē
ſpiritum gratie et precum. Et
aſpicient ad me quem confixe-
runt. Et plangēt eum planctu
quaſi ſuper vnigenitū. Et do-
lebunt ſuper eum vt doleri ſo-
let in morte primogeniti. In
die illa magnus erit planctus
in hiel'm. Et dicet ei. Quid ſūt
plage iſte in medio manuum
tuarū. Et dicet. His plagatus
ſum in domo eorū q diligebāt
me. Framea ſuſcitare ſup pa-
ſtorem meū et ſuper virū cohe-
rentē mihi dicit dn̄s exercituū
Percute paſtorē et diſpergent
oues. Dicit dn̄s oīpotēs. Gr.
Improperiū expectauit cor meum
⁊ miſeriam ſuſtinui qui ſimul mecū
cōtriſtaretur et non fuit: conſolantē
me queſiui ⁊ non inueni. V. Et dede
rūt in eſcam meam fel: et in ſiti mea
potauerūt me aceto. Alleluia. V.
Aue rex noſter tu ſolus noſtros tol
lens miſeros errores patri obediēs.
ductus es ad crucem vt agnus man-
ſuetus ad occiſionē tibi gloria oſan-
na tibi ſupreme laudis et honeſta-

ſtis corona. Scd̄m Johēm. xix.
IN illo tp̄e. Sciens ih̄s q̄a
oīa cõſummata ſunt: vt
conſummaret ſcriptura dicit:
Sicio. Vas ergo poſitum erat
aceto plenũ. Illi aũt ſpongiaꝫ
aceto plenã yſopo circũponen-
tes: obtulerunt ori eiꝰ Cũ ergo
accepiſſet ih̄s acetuꝫ dixit. Cõ-
ſummatũ eſt. Et inclinato ca-
pite tradidit ſpm̄. Iudei ergo
qm̄ paraſceue erat: vt non re-
manerent in cruce corpora ſab
bato. erat eñi magnꝰ dies ille
ſabbati: rogauerũt pylatuꝫ vt
frangerent eorũ crura: ⁊ tolle
rent. Venerunt ergo milites: ⁊
primi quidē fregerunt crura: ⁊
alterius q̄ crucifixus eſt cuꝫ eo.
Ad ih̄m aũt cũ veniſſent vt vi
derũt eũ iã mortuũ: non frege-
rũt eiꝰ crura: ſed vnꝰ militũ lan
cea latus eiꝰ aperuit: ⁊ ꝯtinuo
exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et q̄ vi
dit teſtimoniũ ꝑhibuit. Et ſci-
mus q̄a verũ ē teſtimoniuꝫ eiꝰ.
Inſurrexerũt in me viri Offer.
iniqui abſqꝫ om̄i miſcd̄ia queſierũt
me interficere ⁊ lancea ſua vulnera-
uerũt me ⁊ cõcuſſa ſũt oīa oſſa mea.
Dn̄e ieſu xp̄e q̄ ꝓ mũdi Secr.
redemptiõe crucis lignũ aſcen
diſti: vt vniuerſus mũdus qui
in tenebris erat illuminaret: il
lam lucem in anima et corpore
nr̄o ſemꝑ tribue: ꝑ quã in eter-
nã lucem ꝑuenire mereamur.
Qui viuis. Cõio. Foderũt ma
nus meas ⁊ pedes meos dinumera
uerũt om̄ia oſſa mea. Cõpl. Dn̄e
ieſu xp̄e q̄ hora diei ſexta ꝓ re-
demptione mundi crucis pati
bulũ aſcēdiſti: ⁊ ſanguinē p̄cio
ſum in remiſſionē pctõꝝ nr̄oꝝ
fudiſti te humiliter dep̄camur
vt poſt obitũ noſtrũ paradiſi
ianuas gaudiaqꝫ celeſtia in-
troire mereamur. Qui. Alia
Oratio de qnqꝫ vulneribꝰ.
Omn̄ps ſempiterne deus: q̄
humanũ genus in filij tui dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i qnqꝫ vulneribꝰ re-
demiſti. p̄ſta ſupplicibꝰ tuis: vt
q̄ eadē qnqꝫ vulnera quotidie
veneramur ꝑ p̄cioſum eiꝰ ſan-
guinē mortē ſubitaneã et eter-
nam euadere mereamur. Per
eundē. Secr. Omnipotēs ſem
piterne deus tibi hanc hoſtiaꝫ
immolamꝰ in honore quinqꝫ
vulnerũ filij tui dn̄i noſtri ieſu
xp̄i ſuppliciter dep̄cãtes: vt q̄s

pcioſo ſanguīe redemiſti: hos
a ſubitanea ⁊ a ppetua morte
liberare digneris. Qui cū deo
Sumptis ſacramētis Cōpl.
De⁹ qs in honore quinqʒ vul-
nerū filij tui dn̄i noſtri ihū xp̄i
miſericordiaʒ tuam humiliter
imploram⁹: vt qs precioſo ſan
guine filij tui redemiſti digne-
ris a morte ſubitanea ⁊ perpe-
tua cuſtodire. Per eūdē dn̄m.
De facie dn̄i Intr. Nos autem
gloriari. vts in cōi de ſctā cruce
O feria videlicet. vj. Oro.
Deus q nobis vultus tui
lumine ſignat⁹ memoriale tu-
um ad inſtantiā btē veronice
ymagineʒ ſudario impreſſam
relinquere voluiſti p crucē tuā
et paſſioneʒ nobis tribue ppi-
cius: vt illaʒ nūc in terris p ſpe
culū et in enigmate venerari et
adorare valeam⁹ vt te facie ad
faciē iudicē ſup nos venienteʒ
ſecuri videam⁹. Qui vi. Epla.
Fratres: Recogitate dn̄m no-
ſtrū ieſum xp̄m. Require feria
qrta dn̄ice ſexageſime. Grad.
Xp̄s factus eſt p nobis obediens
vſqʒ ad mortē: mortē autē crucis. v.
Propter qd ⁊ de⁹ exaltauit illū ⁊ de
dit illi nomen qd eſt ſup oīe nomē.
Alla. v. Dulce lignum dulces cla
uos: dulcia ferens pondera que ſola
fuiſti digna portare regem celoꝝ et
dn̄m. Sc̄dm Lucam. xxj.
In illo tpe. Dixit ihs di-
